

serere. Hanc questionem format hic Anton. de Butr. post Innoc. Host. & Joan. Andr. Ego plene examino in cap. prox. infr. eod. quæst. An Episcopus civitatis, vel diocesis, quam incolunt soli Græci schismatici, ad personalem residentiam teneatur.

73 §. PRO GRAVI QUOQUE. Nota hic quintam causam cedendi legitimam, videlicet grave scandalum, quod aliter sedari non potest. Et pondera cessionis rationem, nempe quia episcopus non debet magis temporalem honorem, quam æternam affectare salutem. Porro tantum potest esse scandalum, ut episcopus non solum possit, sed etiam teneatur renunciare, ut dicitur hic Host. & Joan. Andr. ambo nu. 19. in ver. Quia sanguinea, & Cardin. in §. Pro gravi, in princ. allegant, c. Nihil de prescrip. c. Cum teneatur, de preben. cap. 1. 2. & 3. de iurepatr. c. Inter sol-

74 licitudines, §. 1. 2. & 3. de purgat. canon. Ratio est, quia scandalum vitare debemus quantum possumus, si sine peccato vitari potest. Nam veritas disciplinæ deseri potest propter multitudinem peccantium, cap. Ut consisteretur, 50. dist. intellige nisi defendat errorem, cap. Comesfationes, 44. dist. Si enim defenderent, vel excularent, tunc nullo modo parcendum esset multitudi-

75 Sin autem scandalum vitari non possit sine peccato, tunc utilis scandalum nasci permittitur, quam ut veritas relinquatur, cap. Qui scandalizaverit, infr. de regul. iur. Veritas namque bonæ vitæ, vel iustitiæ propter scandalum nunquam deferenda est, secundum gloss. hic in ver. distinguendum, Innoc. in eod. ver. nu. 6. Jo. Andr. nu. 19.

76 Butr. num. 22. Anchar. num. 7. & Cardin. ab i sup. a. Quod si sit dubium an scandalum sit peccatum, necne, tunc potius videtur vitandum scandalum, quam peccatum, secundum Hostien. Joan. Andr. Cardin. & alios proximè citatos, qui allegant illud Augustini, Tene certum, & dimitte incertum, §. 1. ad fins. de penit. dist. 6.

29 Est autem scandalum dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ. Et quod græcè scandalum dicitur, nos offensionem, vel ruinam, & impactionem pedis possumus dicere. Quemadmodum enim contingit quandoque ut aliquis obex ponatur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, & talis obex dicitur scandalum; similiter in processu viz spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum, vel factum alterius, in quantum scilicet aliquis sua admonitione, vel inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum. Et hoc proprie dicitur scandalum, ut ex Hieron. Super Math. dist. 11. & explicat D. Thomas in 2. 2. qu. 43. art. 1. & sequitur Sylvest. in ver. Scandalum in princ. An autem propter scandalum teneatur quis deserere bona spiritualia, vel temporalia, dicitur per S. Thomam in 4. q. 43. art. 7. & 8. Et de duplici scandalo Paulistorum, & Phariseorum vide Nauarr. consil. 9. N. Nobilitas, num. 11. De his quævi, & dixi in c. Si quis num. 80. infra de regular.

§. PERSONÆ VERO. Nota hic sextam, & ultimam causam renunciandi legitimam, nempe irregularitatem, intellige ex defectu provenientem, ut differat à prima causa irregularitatis ex delicto, qua ponitur supra in §. Propter con-

scientiam. Est autem irregularitas secundum Bald. hic num. 9. passiva prohibitio in his quæ sunt ordinis, & officij, vel, ut diffinit Speculator lib. 1. de dispens. §. 4. in princ. est nota, seu impedimentum Canonicum ex facto, seu defectu proveniens, quo quis prohibetur ad Ecclesiasticos ordines promoveri, & in eisdem ministrare, & eodem modo ferè describunt Hostien. in c. 2. de Cler. excomm. ministr. Archid. & Jo. Andr. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Et quamvis Marian. Socin. senior in cap. Ad audientiam, in prima questione principali, num. 12. homicid. post verbum (Canonice) putet addendum, [seu divinum] & post verbum (ex defectu proveniens,] similiter addendum putet (à natura vel eventu.) Tu tamen non recedens à communj descriptione, quia quatenus reperitur aliqua irregularitas de jure divino, de quo per eumdem Socin. ibid. in 3. quest. principali, num. 15. & seqq. tamen verbum illud (Canonice) est aptum comprehendere etiam impedimentum juris Divini, c. un. cum gloss. in ver. Canonice, de atat. & qual. lib. 16. facit text. in cap. Si quis dogmata, 25. qu. 2. & in c. Qualiter, & quando, il secundo, in princ. infra de appellat. & quod notat gloss. in Summa 59. dist. & Abb. in c. fin. num. 7. ne Cler. vel Mon. & verba illa (à natura, vel eventu,] superflua sunt, quia unum quodque impedimentum, aut est à natura, aut ex accidenti, & undecumque proveniat, absolute impedimentum est. Dicitur autem nota, id est infamia, cap. Accidens de purg. canon. seu cicatrix, ut l. 2. ff. de seru. fugit. nam & irregularitas est cicatrix criminis, vel defectus, c. in sacerdotibus altaris est, c. Non negamus, 61. dist. Unde secundum Specul. sanitas, scilicet penitentia post vulnus, scilicet peccati, sequuta sine cicatrice, scilicet irregularitate, esse non potest, cap. Ventum est, 1. qu. 1. Atque ita irregularitas differt à suspensione, quia eam includit, & illi addit Suspensionem enim importat inhabilitatem ad executionem tantum, irregularitas verò ad executionem, & ordines, ut per Sylvest. in ver. Irregularitas in princ. Et tres modos, quibus irregularitas contrahitur, notat hic Innoc. num. 7. Hostien. num. 71. & Specul. loco cit. Communiter tenetur irregularitatem tripliciter contrahi, videlicet ex delicto, ut supra in §. Propter conscientiam. Ex defectu Sacramenti, ut in Bigamo, c. Acutus, 25. dist. & cap. Debitum, infra, de Bigam. & ex defectu corporis; sub qua specie comprehenduntur tam qui patiuntur defectus natalium, ut hic, quam corpore vitiatum, ut infra de corp. vitiat. per tot. Bald. hic num. 11. hanc ultimam speciem irregularitatis appellat nativam, ut si quis nascatur spurius: nam ex corrupta radice oritur vitium, quod inditum est sine culpa natalentis; & ideo per ejus penitentiam non purgatur; quia nec penitere potest qui non peccavit. Simile est in corpore vitiatum, quia ibi non peccat anima, sed natura, ut not. in c. infr. de corp. vitiat. Verum irregularitas in corpore vitiatum non semper potest dici nativa, quia quamvis vitium corporis contingat à nativitate, ut in cæco nato; tamen plerumque accidit postea, (sicut nobis contigit cæcitas Domino sic permitte in quadragesimo quarto ætatis nostræ anno, & eo tempore quando à publicis negotijs, Deus nobis hæc otia fecit, cepimus scribere, seu

80

81

82

83

84

85

86

87

seu potius dicere Commentaria hæc nostra super libris Decretalium, forte tamen mens Baldi fuit appellare hanc irregularitatem nativam, non quod oriatur à nativitate, sed quia adnascitur sine facto, & ministerio ejus, qui irregularis efficitur, & hoc indicat ratio illa, quia ibi non peccat anima sed natura.

84 Porro irregularitates omnes, & illarum pœnæ sunt de jure positivo, & ex constitutione Ecclesie. Ac proinde Summus Pontifex in irregularitatibus omnibus dispensat, etiam in bigamia, secundum Innoc. hic num. 8. cui subscribit Hostien. num. 72. Joan. Andr. num. 54. ac ceteri omnes; & Specul. d. rit. de dispensat. §. 4. num. 3. De quo tamen articulo vide plene per Marian. Socin. in c. Ad Audientiam, n. 15. vers. Tertia principaliter quæro quo iure fuerit introducta irregularitas; & num. 21. & seqq. infra de homicid. & quod dixi in c. Henricus, circa fin. n. 40. infr. de Cler. pugn. in dual.

86 Nec oblat dictum Apostoli 1. ad Thimoth. 3. Inius uxoris virum, id est non plurimum, ut in d. c. Acutus; nam, ut inquit hic Bald. n. 4. licet Apostolus ostendat Papæ quid facere debeat, non tamen ostendit quid facere possit; quia potestatis Clavam est altis, & tanta, ut non recipiat interpretationem restrictivam subdens hæc esse intentionem Innocentij notabilem, & veram. Episcopi verò an possint super bigamiam dispensare, scripsi plene in c. Super eo, à n. 19. & in c. A nobis, à n. 29. infra de bigam. & an in irregularitate ex homicidio, dixi in d. c. Henricus, n. 42.

DE RENVNCIATIONE.

Cap. Post translationem.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus, qui propter crimen renunciavit Episcopatum ad religionem descendens, ad Episcopatum reassumere non potest, secus si renunciavit propter aliam causam.

2 Episcopus civitatis, & diocesis, ubi tantum Græci Schismatici an ad residentiam teneatur.

3 Persecutionis contra Episcopum duo sunt species.

4 Finis in qualibet obligatione attendi debet.

5 Episcopus ob intrinsecam persecutionem cogi debet ab Ecclesia recedere.

6 Episcopales in decreto de residentia non comprehenduntur.

7 Episcopus ob duriciem plebis non potest abscedere à residentia absque Sedis Apostolicæ licentia.

POST TRANSLATIONEM. Episcopus qui propter crimen renunciavit Episcopatum, ad religionem descendens, ad Episcopatum reassumere non potest. Secus si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ipso ignorante commissam, vel aliam similem causam. Hoc dicit secundum omnes. Dividitur in tres partes, ut per Ioan. Andr.

Nota primò non esse legitimam causam cedendi ut Episcopus fiat Monachus. De hoc supra in Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

c. Nisi cum pridem, & ibi dixi in princ. in 2. not. à n. 5. usque ad n. 11.

Nota secundò ex causa persecutionis licere Episcopo curam Pastoralis deferere. Quibus autem casibus hoc locum habeat, & an procedat tam in intrinseca, quam in extrinseca persecutione, dicam plene in quæst. seq.

2 QUÆRO igitur, An Episcopus civitatis, & diocesis quam incolunt soli Græci Schismatici, ad personalem residentiam teneatur.

Episcopus in Insula Christiano Principi in temporalibus subiecta nullas habet Ecclesias ritus Latini præter unam Cathedralis; atque incolæ omnes tam civitatis, quam diocesis sunt Græci Schismatici, & Græcæ Ecclesie colunt, ibique à Presbyteris Græcis Ecclesiasticis recipiunt Sacramenta; Rectoribus secularibus se subditos profitentur, nec parent Episcopus quem illum ritui Latino addictum vilipendunt, ac despectum habent. Ideoque Episcopus in Ecclesia residet, & divina celebrat aliquando cum altero tantum Clerico, aliquando ipse solus. Spes verò ut Græci illi ad Ecclesie unitatem redeant nulla subest, tū quia in schismate obfirmato animo perseverant, & Latini ritum execrantur, ut moris est Græcorum, c. Licet Græcos, infr. de Bapst. Tum quia præcipua res, quam Magistratus secularis Episcopo observandam præscribit, ea est, ut de Græcorum religione, ac ritibus inter concionandum, aut alio quovis modo minimè tractent: id quod si Episcopus non servaret, verendum esset ne in eum Ministri seculares, qui motus illarum gentium Turcis finitimarum timent, aliquid molirentur, quod Sedem Apostolicam in necessitatem iusta ultionis adduceret. Unde factum est ut in ea diocesi à Conc. Florent. sub Eugenio IV. in hæc usque tempora ne una quidem anima potuerit à schismate amoveri, & ad unitatem Romanæ Ecclesie reduci.

Quibus ita se habentibus præsens Episcopus quaerit, an ex præscripto sacrorum Canonum, & decretorum Concilij Tridentini teneatur illic residere.

Quam dubitationem sustulit text. in c. Adversitas, 7. q. 1. in hæc verba. [Cum viri subditorum Prælati affligitur, aliquando omnium est una, & insatiabilis obstinatio: aliquando mali inveniuntur bonis admixti, quando boni simul cum malis habitant, nō sunt deserendi propter malos, sed potius mali tolerantur propter bonos. Quando verò omnium subditorum est obstinata malitia, nec prodest eis Prælatorum presentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne illorum nequitia semper in deterius proficiat, & isti quidem fructum amittant, quem de illorum profectu possent invenire.] Hæc ibi. Et similis text. habetur in can. seq. ubi Gregorius Petro Diacono interroganti an liceret Prælato gregem semel susceptum deserere, respondit dicens, ibi adunati aequanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuvantur boni; nam ubi omni modo de bonis fructus deest, fit aliquando de malis labor supervacuus, & infra, Sapienter in animo persequentium quod silentio prætereundum non est, quia cum labore suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant, & infra, Numquid Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro

amorem

3

4

5

6

7

8

9

amore Jesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco (id est Damasci) minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem laborem se alibi, cum fructu servavit. Quod ipsum statuit Innocentius III. in c. Nisi cum pridem, §. propter malitiam sup. eod. ubi propter malitiam, inquit, plebis, cogitur interdum praelatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo dura cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam; sed propter eius duritiam quo magis fatigat, eo magis iusto iudicio desicere permittatur, &c. & Apostoli leguntur dixisse; Ecce convertimur ad gentes, quia Verbi Dei vos indignos fecistis.

3 Ex quibus decretis gloss. in d. c. Adversitas, in ver. Hoc etiam, elicit duas perfectionum species, aliam extrinsecam, quam patitur Ecclesia à manifestis inimicis; aliam intrinsecam, quæ consistit in eis, qui ab unitate Ecclesie non sunt præcis, sed tamen nec pasci ab Episcopo, nec corrigi volunt. Et quævis in extrinseca perfectione cum sine Praelato non est tuta salus Ecclesie, aut cum non solus Praelatus quaeritur, sed etiam Clerus, oportet Pastorem ponere animam suam pro ovibus suis: in intrinseca tamen, qui est calus presentis Ecclesie, ut ait gloss. sic distinguere. Nam aut omnes sunt mali, aut quidam. Si boni sunt commixti malis, eos Episcopus non deseret. Et omnes mali sunt aut spes est de correctione aut non. Si est non sunt deserendi, si non est spes, tunc sunt deserendi. Quam gloss. hac in parte ad litteram refert, & sequitur Innoc. in dicto c. Nisi cum pridem, sub n. 4. in ver. Malitiam. Hostien. Card. Anton. de Butr. Anchar. & alij communiter. Confimilis gloss. est in d. cap. Nisi cum pridem, §. 1. & in d. cap. fin. 7. quæst. 1. in hæc verba: (Si subditi sunt malis admixti, tolerandi sunt mali propter bonos: Si vero omnes sunt mali & incorrigibiles, recedere potest Praelatus ad alium locum exemplo Pauli, qui de Damasco fugit, ut alibi magis proficeret. Sicut Moyses Praelatus Populo Judæorum malitia subditorum pernotus cedere velut regimini, talemque cessionem à Domino instantissimis precibus flagitavit dicens, Num. 11. (Cur afflixisti servum tuum? Quare non invenio gratiam coram te? Hæc imposuisti pondus universi populi huius super me? Non possum solus sustinere hunc populum, quia gravis est mihi. Sin autem tibi videretur obsecro ut interficias me, & invigilant gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.) Et in gestis B. Adalberti Episcopi sic legit Beel. sua [Beatus Adalbertus Pragensis Episcopus factus, cum cerneret gregem suum per abrupta vitiatorum ire, (nam Clerici connubia dicebant, & unus vir plures habebat uxores, & Christiani captivi, & servi à Christianis ipsis vendebantur Judæis (flens ac desperans se posse quicquam facere, relicto Episcopatu Romam perrexit, ibique Monachus factus est.] Hæc ibi. Unde hanc sententiam ex Canonistis post Innoc. sequitur in d. cap. Nisi, Abb. Antiqu. in ver. Propter autem; ubi sequitur distinctionem Innocentij inter extrinsecam, & intrinsecam perfectionem, Host. n. 20. in ver. Propter autem malitiam, ubi ait plebem esse omnino rejiciendam ab Episcopo ex quo prædicationem nullo modo audit, Bald. num. 21. vers. Item notat hic Ioan. Andr. ubi ait: (Persecutio intrinseca est præcis, & querens furoris, qui pro-

cedit de corpore proprio Clericorum, vel subditorum ipsius Ecclesie, quia totum est unum corpus mylticum. Extrinseca autem perfectio est de foris adveniens, puta à Saracenis, vel à Tyranno.) Et adducit simile de bello civili, & de bello de gente ad gentem. Anton. de Butrio, Petr. de Anchar. & Card. in §. Propter malitiam, Henric. Boich. num. 4. vers. Et de materia, ubi dicitur cū ea glossa concordare D. Thomam, & Aristotem. Agid. Bell. in d. §. Propter, num. 9. quæst. 7. ubi etiam post Innoc. & Host. appellat persecutionem extrinsecam, quæ fit alicui live in publico live in privato ex peccato suo, & intrinsecam, quæ contingit ex peccatis aliorum, cum tamen Praelatus odio non habetur. Et in c. Adversitas, 7. quæst. 1. idem probat Archid. ubi sub num. 10. vers. Cum autem, commendat distinctionem glossæ inter utramque perfectionem, & inferius num. 11. (Quoniam, inquit, Sanctus vir videt malos, inter quos convertitur, ex admonitione sua, & exhortatione potius desicere, quam proficere, quia insurgunt in eum, & molestias ei inferunt; & sic peccato peccatum addunt; solet contingere propter tardium ut capiat eum solitudinis desiderium, & vult recedere corpore, non amore, scilicet ut quibus non poterat prodesse hortando, possit saltem orando.) Hæc Archid. cujus verba ad litteram refert Agid. Bellam. ibid. §. Cum autem, num. 2. Turrecrem. in §. Hoc etiam, acque ibi etiam Gemin. Præpos. ibid. sub n. 3. ubi testatur distinctionem glossæ approbati per S. Thomam; & communiter DD. Archid. Gemin. & Præpos. in can. Vbi adunati, 7. quæst. 1. Turrecrem. ibidem, ubi ait, (Quando omnes sunt mali, & de correctione eorum nullus fructus speratur, à confortio talium fugiendum est exemplo Lothi, qui cum non posset illorum compellere malitiam, à Domino sibi consultum est, ut inde fugeret; & Dominus præcepit Apostolis Matth. 10. & Luc. 10. ut si venissent in aliquam civitatem, quæ non receperit eos, nec vellent audire sermones suos, eis relictis ad alia loca se converterent, ubi fructum afferrent, quibus Dominus ait Ioan. 15. [Ego elegi vos, & posui vos, ut estis, & fructum afferatis, & fructus vestri maneat.] In quo docentur prælati, quod ubi non recipiunt, & præ malitia subditorum, quia eorum sermones, ac correctiones non audiunt, sed contemnant, non valent fructum afferre: tunc possunt inde recedere, & alibi convolare, ubi fructificent.] Hactenus Turrecremata. Hanc etiam inter legitimas non residendi causas communerat Gigas in tract. de residentia Episcoporum cap. 17. num. 18. Et hanc sententiam esse communiter approbatam testatur Præpos. in d. §. Hoc etiam, sub num. 3. & recentiores.

Ex Theologis vero idem docuit Divus Thomas in 2. 2. quæst. 185. art. 4. ubi dicitur (tandem Episcopus obligari curam pastoralem retinere quamdiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem.) Et inferius assignans causas, propter quas cessat obligatio curæ pastoralis, inter alias 4 recenset subditorum incorrigibilitatem relatis verbis Gregorij in d. c. fin. i. quæ 7. In qualibet enim obligatione secundam S. Thomam ibidem art. 5. citatum à Campeg. de resid. Episcoporum, nu. 20. attendi debet obligationis finis; & ut ibi Cajetanus adnotavit actus pascendi est prin-

cipa-

epipalis actus Episcopi ac proinde sine gregem pascere potest Episcopus, neque alia pastoralia munia exercere ob subditorum pervaciam, cessat residentia obligatio, cum esset finis obligationis: nam ubi non est auditus, ne effundas sermonem, Eccles. 32. labor enim sine fructu esse non debet, c. Charitatem, 12. q. 2. Et quamvis præceptum de residentia nitatur jure divino, dicente Domino Ioan. 20. Pascite oves meas, cum tamen sit affirmativum obligat semper, sed non ad semper, saltem per accidens, ut declarat Cajetan. 2. 2. q. 185. d. art. 5. & dixi in c. Ex parte, infra de Cler. non resident. & hoc casu sacri Canonis interpretatur præceptum non obligare, quia residentia esset sine fructu. Unde Sor. de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 4. relatis verbis D. Tho. quod ubi subditorum salus exigat Pastoris presentiam, non debet Pastor fuge gregem deserere; Hinc arguit, inquit, si gregem nollet salutem, poterit abire in alium locum, præcipue ad alios juvandos: & in 2. 2. q. 2. art. 4. concl. 1. tandiu ait obligatur Episcopus pastoralem curam retinere, & quique agones perferre, quamdiu spes ibi durat, quod possit proficere. Quod etiam scripsit Gregor. de Valentiam. 3. Comment. in D. Thom. disp. 10. q. 3. puncto 4. in fin. Quinimo Host. in d. c. Nisi, num. 20. in ver. Propter autem malitiam, sentit Episcopum hoc casu cogendum esse ab Ecclesia sua recedere; & sequitur ibi Ioan. Andr. nu. 13. & Gemin. in d. c. Adversitas, col. 3. in gloss. 1. ubi dicit Episcopum cogi posse etiam nisi noli.

Neque his repugnant, quin potius consentiunt decreta Concilij Tridentini: nam c. 1. sess. 6. dum penas imponit Episcopis non residentibus, excipit legitimis absentie causas, ibi legitimo impedimento, seu iusto, & rationabilibus causis cessantibus. Idemque fit in c. 1. sess. 23. vers. Nam cum Christiana charitas. Inter legitimas vero causas abscedendi sacri Canonis reponunt plebis darditiam, apud quam Episcopus proficere non potest, ut in d. c. Adversitas, & c. seg. & in c. Nisi.

Ac præterea Concilium idcirco præcipit prælati ut resident, & gregem sibi commissum non deserant, ut illam pascant, & suum impleant ministerium, ut in d. c. 1. sess. 6. ibi Vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant: & in d. c. 1. sess. 23. ubi dicitur præcepto divino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbi causa divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac honorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere. Hæc autem certum est prælati non posse ab Episcopo, cujus vocem oves non audiunt, cujus ritum abominantur, & cujus curæ nulla ex parte subijci volunt: ergo ex mente Concilij Episcopus non tenetur hoc casu residere. Ideoque etiam decretum de residentia fit adeo rigorosum, Episcopos tamen titulares non comprehendit, ut patet in c. 2. sess. 14. Certum autem est arctius altrungi ad residentiam Episcopos titulares, qui patiuntur persecutionem extrinsecam ab inimicis manifestis ab Ecclesie unitate præcis, & non toleratis, quam qui patiuntur intrinsecam à populi incorrigibilitate, ut probat distinctio glossæ in d. c. Adversitas, quæ

tam à Canonistis, quam à Theologis communiter recipitur, ut dictum est.

Atque ex his omnibus sive spectemus Christi Domini verba; sive Apostolorum, atque aliorum sanctorum exempla ab omnibus relata in locis superius allegatis, & præcipue ab Archidia. & Turrecr. in d. c. Adversitas, sive sacrorum Canonum, & Trid. Concilij dispositionem; sive demum Theologorum, & Canonistarum communes doctrinas, satis videtur constare Episcopum hoc casu non altrungi præcepto residentia.

Centerem tamen hæc omnia ut infra esse temperanda. Primò enim non videtur declarandum absolute Episcopum non teneri residere, sed tantum esset illi concedenda licentia alibi residendi ad tempus dumtaxat, si tandiu res Ecclesie suæ in eodem statu perstiterint; quia secundum tuitionem, ac veriorem opinionem Episcopus hoc casu non potest ex seipso curam pastoralem deserere, sed requiritur Sedis Apostolica licentia, ut probatur supra eod. in c. prox. & ibi dixi in §. Inveni, in 3. notat. num. 20. Et post Laur. docet Archid. in d. c. Adversitas, & Turrecr. in d. c. fin. prope fin. quod hodie aperte statutum est in d. c. 1. sess. 23. ubi etiam Christiana charitas, urgentis necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclesie, vel reipublice utilitas nonnunquam Episcopos abesse requirant: statuit tamen S. Synodus ut legitime absentie cause prius à Romano Pontifice examinentur, & approbentur.

Deinde centerem in his omnibus esse onerandam Episcopi conscientiam, cui etiam esset injungendum, ut interdum gregem sibi creditum ipse per se visitaret perquisiturus in spes ulla ortæ esset proficiendi: nam, ut inquit D. Thom. in 2. 2. q. 185. d. art. 5. in fin. imminet eidem necessitas ut animam retineat intendendi proximorum salutem, si opportunitas adit, & necessitas requirit. Ac proinde etiam Sacerdos Latinus esset illic præficiendus, ut si quas forte ex prædictis ovibus ad ovile revocaret divina pietas, adesset ibi Vicarius Pastoris, qui eas reciperet, ac de eare, deque universo Ecclesie statu Pastorem opportunè certiorum faceret. Quod est ex mente Conc. in d. c. 1. sess. 23. vers. Meminerunt tamen discessuri.

DE RENVNCIATIONE.

Cap. Dilecti.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**blas exemptus sine licentia Papa renunciare non potest.
- 2 Quamvis se insufficientem agnoscat.
- 3 Et ad arctiorem Religionem transire velit.
- 4 Et quid si non sit exemptus.
- 5 Regularis ut ex una ad aliam Religionem transire valeat, cum licentia requiritur arar distinguitur, ut num. seq. usque ad num. 36.
- 6 Quid si transire velit ad strictiorem, n. 6.
- Et quid si ad parvam, num. 8.
- Et quid si nulliorem, nu. 25.
- 7 Regularis transire potest ad arctiorem Religionem

- de licentia sui Prælati immediati petita, licet non obtent.
- 7 Nec est necessarium eam petere à Conventu, licet sit in-
rim, & num. 19.
- 8 Regulari non potest transire ad parem Religionem sine
legitima causa, nisi de licentia Papæ.
- 9 Et an huiusmodi licentia suffragetur etiam in foro
pali.
- 10 Et an inferiores à Papa ex iusta causa possint huiusmodi
licentiam indulgere.
- Quid si monasterium sit exemptum, num. 12. & num.
15.
- Et quid si sit subiectum Episcopo, num. 14.
- 11 Tridentinum Concilium nihil novi iuris induxit super
transitu Regularium ad strictiorem, vel parem Reli-
gionem.
- 14 Episcopus an possit dispensare, ut Regularis Mona-
sterij non exempti transeat ad æqualem Religi-
onem.
- Quid si monasterium, ad quod sit transitus sit in aliena
diocesi, ibid. & num. 15. & 16.
- Et quid si utrumque Monasterium sit in diocesi ipsius
Episcopi, num. 17.
- 18 Regulari ut ex iusta causa transire possit ad parem Reli-
gionem præter licentiam Abbatis, requiritur etiam
licentia Conventus, & nu. seq.
- 19 Secus si transire velit ad strictiorem, & que sit ratio dis-
ferentia.
- 20 Regularis ut transeat ad laxiorem sine causa solum Papa
potest dispensare.
- 21 Sed talis dispensatio non excusat quoad Deum.
- Dispensatio Papæ in rebus sine iusta causa non prodest in
foro animæ, ibid.
- 22 Papa in votis non dispensat, sed declarat.
- 23 Regularis ut transeat ad laxiorem ex legitima causa etiam
inferiores à Papa possunt dispensare.
- 24 Et qui sunt isti inferiores si monasterium sit exem-
ptum.
- 25 Et quid si sit subiectum Episcopo.
- 26 Et an requiratur etiam licentia Conventus.
- 27 Sed contra quia solum Papa dispensat ex causa super transi-
tu ad laxiorem.
- 29 Inferior non dispensat in lege superiori.
- 30 Mendicantes transientes ad non Mendicantes sine licen-
tia Papæ sunt eo ipso excommunicati per extravag.
Martini IV.
- 31 Etiam si transeat ex iusta causa.
- 32 Et resellitur contraria opinio.
- 33 Ratio quando non est generalis ad omnes, est impulsiva,
qua cessante non cessat constitutio.
- 34 Regularis cuiuscunque facultatis vigore prohibentur
à Concilio Tridentino transferri ad laxiorem Reli-
gionem.
- Etiam si iusta causa subsistat, resellitur opinio contraria,
num. 35.
- 35 Tridentinum Concilium c. 19. vers. Nemo, sess. 25.
de Regular. expenditur.
- 36 Regulari ut transeat ad laxiorem Religionem, qua sunt
causæ legitime dispensandi.
- 37 Quid de causa infirmitatis, & num. 40.
- 38 Et quid de causa senectutis.
- 39 Et quid si Religiosus sit exosus fratribus, vel infamia no-
tatus.
- 40 Et quid servetur in Signatura Gratiæ, & in sacra Peni-
tentiaria.

- D**ILECTI. Abbas exemptus sine li-
centia Papæ renunciare non potest.
Hoc dicit, Joan. Andr. Bald. Bellam,
Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. &
Joan. de Anania. Dividuntur in duas partes. In pri-
ma ponitur Conventus petitor, in secunda ipsius
repulsi, & negotij commissio, ibi, cum igitur.
- 2 Nota primò ibi, Sententiæ insufficientem. Ab-
batem quamvis se insufficientem agnoscat. puta
ob defectum scientiæ, secundum Innoc. hic in
princ. tamen non posse Abbatiam dimittere
sine licentia Papæ, cui est immediatè subiectus,
ut hic est casus secundum omnes. Quod locum
habet etiam si ad arctiorem Religionem transire
velit, adhuc enim requiritur licentia papæ, nec
sufficit petita, nisi etiam sit obtenta, ut per Holt.
in c. Illud in princ. infra de Cleric. excomm. mi-
nistr. & Archid. in c. Si Abbatem ad fin. de electi-
lib. 6. ubi referunt sic per Papam Clementem IV.
fuisse determinatum. Secus verò si Abbas, seu
Prælati non sit immediatè subiectus Papæ, sed
habeat alium Superiorem supra se, quia tunc
sufficit eiusdem Superioris licentia petita, licet
non obtenta, ut concludit Joan. Andr. in c. Cum
non stat. num. 11. & 12. de Reg. iur. lib. 6. in Mer-
cur. quem sequuntur in c. Licet de Regular. Hen-
ric. Boich. num. 4. Anchar. num. 8. in 11. not. ab. &
Abb. n. 13. Sylvest. in ver. Religio quarto quest. 3.
Quid autem sit dicendum in simpliciter monacho,
patet in questione sequenti.
- 3 QUÆRO generaliter cum Innocentio, cuius
licentia requiratur ad hoc ut professus in una Re-
ligione possit transire ad aliam.
- Pro clariori solutione distinguendi sunt tres
casus, nam aut transire vult ad strictiorem, aut
ad parem, aut ad laxiorem.
- 6 Primò casu, cum scilicet velit transire ad stricti-
orem, seu arctiorem Religionem, breviter
dicendum, requiri licentiam prælati immediati
ipsius Monasterij, puta Abbatis, ut exemplifican-
t in d. cap. Licet, de Regular. Innoc. num. 2.
& 4. Holt. num. 5. circa finem, in ver. Utrum quis
velit, Abb. Antiqu. num. 2. Jo. Andr. num. 7. & alij
communiter. Et sufficit licentia petita, licet non
obtenta, ut ibi in textu, nec requiritur de ne-
cessitate, ut licentia petatur à Conventu, sed sa-
tis est eam petere à prælato, ut latè probat Ar-
chid. in cap. Statuimus, num. 2. 19. quest. 3. Et
quamvis non desint contradicentes, tamen opi-
nio Archidiaconi communis est, & melioribus
sulcra rationibus, ut dixi in prædicta Decreta-
li Licet. num. 37. 38. & 39. licet tutius sit etiam
à Conventu licentiam postulare, secundum
Innoc. hic num. 1. Holt. num. 3. Jo. Andr. nu. 7.
& Butr. num. 13. Quæ autem requirantur ad hoc
ut transitus ad arctiorem Religionem sit licitus,
plene examinavi in d. cap. Licet, de Regular. à num.
20. usque ad num. 52.
- 8 Secundò casu, idest cum Religiosus vult tran-
sire ad parem, seu æqualem, subdistingue, nam
aut nulla subest legitima causa transeundi, &
planum est solum Romanum pontificem posse
hanc licentiam impertiri, Butr. hic num. 13. &
Cardin. nu. 2. Abb. in cap. Non est vobis, nu. 6.
de Regular. Philipp. Franc. in cap. Cum singulari,
§. Prohibemus, nu. 4. de præben. lib. 6. S. Antonin.
in 3. parte, tit. 16. cap. 4. ad finem princ. Sylvest.

- in ver. Religio, 4. qn. 2. & passim alij. Et quamvis
Gemin. in d. §. Prohibemus, num. 5. concedat
posse etiam Episcopum, & Abbatem hanc licen-
tiam sine ulla causa indulgere, quando Religio-
sus non est exemptus, & Monasterium est in cad.
9 Diocesi: tamen prima opinio communiter tenet,
& locum habet etiam in foro conscientiæ,
secundum Angel. in ver. Religiosus, num. 34. &
Sylvestrum in ver. Religio, quarto, num. 2. licet
Franc. in d. §. Prohibemus, num. 4. teneat licen-
tiam Papæ nulla causa legitima subsistente non
10 suffragari nisi in foro externo. Aut legitima
subest causa: & receptissima DD. sententia est
etiam inferiores à Papa posse huiusmodi licen-
tiam concedere, ut ex Doctoribus infra citandis
11 liquebit. Nec aliquid novi juris super hoc indu-
xit Concilium Trident. cap. 19. vers. Nemo Re-
gularis, sess. 25. de Regular. Nam proposito dubio
an liceat Regularibus transire ad arctiorem
Religionem petita tamen licentia à suis Superi-
oribus etsi non obtenta, ad parem verò, & æqua-
lem petita, & obtenta absque speciali dispensa-
tione Sedis Apostolicæ ex decreto Concilij dicti.
4. 19. Nihil reperi decimum, sed ex Annotatio-
nibus colligitur quoad prædictam dubitationem
nihil novi juris induxisse Tridentinum Conci-
12 lium. Sed dubium est, quoniam fuit isti inferiores,
qui ex iusta causa dare possunt hanc licentiam
transeundi ad parem, an scilicet Episcopus, vel
Abbas, vel uterque simul. Et quidem si Monaste-
rium sit exemptum, planum est hoc jus pertinere
ad solum Abbatem, ut tenet glos. in cap. Non
est vobis, in ver. Permittatis, infra de Regular. &
ibi etiam Jo. Andr. num. 7. in fin. Item glos. in
d. cap. Cum singulari, §. Prohibemus, in ver. Cano-
nicæ, de præben. lib. 6. quam ibi sequuntur Ge-
minian. num. 5. & Franc. nu. 4. Bellam. in cap.
Ex parte, ad fin. de tempor. ordin. Lap. allegat. 130.
13 alia 135. num. 2. Et quamvis Romanus singu-
lar. 452. Dominici, in ver. Abbatem hoc casu in-
telligat Superiorem totius Ordinis, idest Genera-
lem, non autem Superiorem immediatum Mo-
nasterij, per text. in cap. Statuimus, ibi, Patri-
stus Congregationis, 19. quest. 3. tamen ille tex-
tum facit, quia alia littera habet Abbatis, to-
tiusque Congregationis, ut apud Juonem, &
DD. pro Congregatione communiter intelli-
gunt Conventum ipsius Monasterij, ut per Hen-
ric. Boich. in d. cap. Licet, num. 9. de Regular. Un-
de non communiter recedendum à communi in-
telligentia Doctorum, qui pro Abbate intelli-
gunt Prælatum immediatum ipsius Monasterij,
ut ibi dixi num. 36.
- 14 Si verò Monasterium non sit exemptum, sed
iurisdictioni Episcopi subiectum, tunc referen-
tiam aut Monasterium, ad quod sit transitus, est
in alia diocesi: & requiritur, licentia non tantum
Abbatis, sed etiam Episcopi, è cuius diocesi
Monachus ad aliam diocesim vult transmigra-
re, cum agatur de præiudicio utriusque, ut per
Butr. in cap. Significatum, in fin. de Regular.
15 Et ita intelligi debet Innoc. hic num. 1. dum ait,
non posse fieri Monachum alterius Monasterij sine
licentia Episcopi si sit parisi, vel minoris Reli-
gionis, sed auctoritate episcopi posse fieri dispen-
sationem, arg. c. Significatum, in fin. de Regular.
Quod ipsum repetunt hic Holt. num. 3. & Joan.
Andr. num. 7. Joan. Monach. in cap. Cum singulari,
num. 4. & ibi glos. Additional. post ver. Canonici-
ca, de præben. lib. 6. Archid. in cap. Si Religio-
sus, in fin. de elect. eod. lib. & in cap. Quam sit
nam. 6. 18. quest. 2. Specular. in tit. de dispensat.
§. Sunt quoque, num. 6. vers. Vigesimo quarto,
Imol. in Clement. 1. num. 11. & ibi etiam Vital.
nu. 18. de Regular. Hac enim doctrina intelligi
debet; Primò, dummodo Monasterium, à quo
Monachus vult abscedere, sit Episcopo subiec-
tum; nam si esset exemptum, prout erant Mona-
steria omnia de iure veteri, c. Siquis Abbas, & c. Ab-
bates, 18. quest. 2. utique non spectaret ad episco-
pum huiusmodi licentiam concedere, cum in
exemptos nullam habeat iurisdictionem; sed ad
Abbatem dumtaxat, cap. Non est vobis, de Re-
gular. Et ita inter exemptos, & non exemptos
in specie distinguunt Angel. in ver. Religiosus,
num. 34. Sylvest. in ver. Religio, 4. quest. 9. Ta-
biena in eodem ver. quest. 23. nu. 24. & in idem
recidit quod ait Cardinalis hic nu. 2. in 3. quest.
videlicet solius Abbatis licentiam sufficere, si
ipse haberet iurisdictionem quasi episcopalem.
Secundò Innocentij doctrina intelligi debet
dummodo Monasterium, ad quod sit transitus, sit
16 in alterius diocesi: tunc enim præiudicatur episco-
po, à cuius obedientia Monachus subtrahitur,
17 & idèd requiritur ipsius licentia: secus verò si
utriusque Monasterium sit in diocesi ipsius episco-
pi, quia tunc eius nihil interest an Monachus
sit in hoc, vel in illo Monasterio, cum utrobique
remaneat sub illius iurisdictione, arg. cap. 2. in
fin. de Relig. donib. Licet etiam hoc casu re-
quiri licentiam episcopi teneant hic Butr. nu. 13.
Card. num. 2. in 3. quest. & Abb. eodem num. quod
non despicit. Tertio debet intelligi, dummodo
præter licentiam Episcopi simul etiam concurret
licentia Abbatis, ne alias contemnatur bonum
obediendiæ, ut dicitur in d. cap. Licet, vers. Quo
verò, de Regular. Et ita requiri licentiam Abbatis,
& Episcopi, qui super hoc potest dispensare, tenet
ibi, Henr. Boich. num. 9. ubi allegat Innoc. hic, &
alios proximè citatos.
- 18 Desideratur etiam secundum aliquos licentia
ipsius Conventus, quod tenet glos. in c. Cum
singulari, in ver. Canonice, de præb. lib. 6. ubi dicit
Monachum ex causa posse transire ad parem de
licentia Abbatis, & Conventus, per c. Statuimus,
19. qu. 3. & cum illa glos. concordant, ibid. Joan.
Monach. num. 4. Anchar. num. 2. Cardin. hic nu. 2.
qu. 3. Henric. Boich. in d. v. Licet, num. 9. in fin. de
regular. Bellam. in c. Ex parte, in fin. de tempor.
ordinat. Rebuff. in praxi benef. in tit. de translat.
Monach. num. 7. Idque tutius esse etiam si ad ar-
ctiorem Religionem fiat transitus, affirmant In-
nocen. hic num. 1. Holt. num. 3. Joan. Andr. num. 7.
& Butr. num. 13. Sed ergo existimò non solum
hoc esse tutius, sed etiam verius quando sit tran-
situs ad æqualem, tum quia ad Abbatem simul,
& Conventum spectat Monachus recipere, &
ordini incorporare, gloss. 1. in cap. Porrectum,
de regular. & dixi in cap. Ad Apostolicum in 2.
not. eod. tit. Ergo ad eisdem spectat Monachus
dimittere, & ab ordine absolvere, arg. c. Omnia
res, de regulis iur. & l. Nihil tam naturale, ff. eod.
Tum quia sicut in alienatione rerum Ecclesiasti-
carum requiritur Capituli consensus, c. Sine ex-
ceptione, 12. q. 2. Ita & fortius in alienatione per-
sonarum quia gravior & maior censetur alienatio
perso.

personarum, quam rerum, arg. cap. Precipimus, 2. qu. 1. secundum Hostien. in d. c. Licet, num. 12. de regular. & Turcer. in dicit. cap. Statuimus, n. 2. 19. qu. 3. Nec refragatur, quod in transitu ad strictiorem licentia Conventus non sit necessaria, ut pluribus licentia firmavi in predicta Decretali Licet, num. 37. & seq. Quoniam in transitu ad strictiorem Monachus non alienatur, sed in melius commutatur auctoritate Superioris, ut dicit Archid. in d. c. Statuimus, num. 2. in fine. Item in eo casu non requiritur licentia Abbatis, sed satis est eam petere, ne bonum obedientie contemnatur, ut in d. c. Licet, vers. Quocirca. Et Monachus tunc transit propria auctoritate, ut ibi notat Innoc. num. 1. in ver. Adimplere, & Hostien. num. 14. At secus est in transitu ad æqualem, quia requiritur licentia petita, & obtemperata, ut per Henric. Boic. in d. cap. Licet, num. 9. nec sit commutatio in melius, & ita est ibi alienatio, in qua requiritur consensus, ut dictum est. Consulo igitur, ut si monasterium sit Episcopo subiectum, licentia se transferendi ad eum impetretur ab Episcopo, Abbate, & Conventu, iuxta opinionem Cardinalis hic num. 2. in 3. quest. Hæc de transitu ad æqualem.

20 Tertio autem casu, scilicet cum Religiosus transire velit ad laxiorem, seu minorem Religionem, similiter distingue; nam aut nulla subest causa legitima transiendi; & palam est solum Papam posse huiusmodi licentiam impertiri, glos. in c. Cum singula, in ver. Canonice, de prebend. lib. 6. ubi dicit solum Papam dispensare si transiatur ad laxiorem sine causa, cum sit contra iura cap. Proposuit, de concess. preben. & cum gloss. concordant ibi Geminian. in §. Prohibemus, num. 5. & Franc. num. 4. vers. Sed certe, ubi quod illam glos. sequuntur Doctores Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de dispens. §. Sunt quoque, num. 6. littera D. Lapsus allegat. 130. aliis 137. num. 3. Butr. in cap. Significatum, in fin. de regular. & in c. Non est vobis in fine, ubi etiam Cardinal. & Abb. nu. 2. eod. tit. Dicunt tamen Doctores huiusmodi dispensationem quamvis proficit in foro judiciali, tamen non exulare in foro conscientie, & quo ad Deum, ut in simili voluit glos. singularis in cap. Non est voti, in ver. Adimplere, infra de voto, ubi dicit eum, cum quo Papa in talibus dispensat, non esse securum quoad Deum, nisi subest causa dispensandi. Et ita in hac specie concludit Abbas in d. cap. Non est vobis, num. 6. Joan. Andr. & Butr. in cap. Sanè, de Regular. ubi propterea exclamant contra Prædicatores, & Minores, & alios mendicantes, qui credunt se esse tutos quoad Deum, si ex dispensatione Papæ transeunt ad ordinem Monachorum, vel ad aliam Religionem non subsistentem rationabiliter, & iusta causa; pro quo etiam est bona glossa in cap. Monachi vagantes, in ver. Nec in civitatibus, 16. qu. 1. & sequitur Franc. in d. cap. Cum singula, §. Prohibemus, num. 4. vers. Sed certe de preben. lib. 6. Angelus in ver. Religiosus, num. 34. Sylvest. in ver. Religio 4. quæst. 2. Nauar. conf. 56. num. 2. de regular. dicens nec Papam id posse absque peccato, & in Commentar. 4. de regular. nu. 10. aliis super c. Statuimus, num. 4. 19. quest. 3. Soc. de iustitia & iure lib. 1. 22. quest. 7. art. 3. in corpor. ad fin. Adde quod in illis votis Papa non dispensat, sed declarat, ut

dicit glossa notabilis in d. cap. Non est voti in ver. Auctoritate Sedis, de voto.

23 Aut subest legitima causa ad laxiorem ordinem transiendi, & hoc casu variatum est sententiam, nam multi tenuerunt etiam inferiores à papa super hoc transitu dispensativè posse licentiam indulgere. Et hæc est communis opinio, ut patet ex Doctoribus mox citandis. Sed in dubium vertitur, quam sint isti inferiores, an scilicet Episcopus, vel Abbas, vel ambo simul. Et quidem ut supra distinximus in casu transitu ad æqualem, si monasterium sit exemptum à jurisdictione Episcopi, planum est non Episcopum, qui in exemptos nullam habet jurisdictionem, sed Abbatem dumtaxat posse super hoc dispensare. Quod tenent Hostien. in cap. Non est vobis, num. 2. de regular. per cap. Super ea, §. 1. & cap. Consulti, §. 1. vers. In primo, eod. tit. Jo. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de dispens. §. Sunt quoque, num. 6. littera D. & in dicit. cap. Non est vobis in fine, de regul. S. Antonin. in 2. part. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. Hoc autem videtur. Sylvest. in ver. Votum, 4. q. 3. dist. 6. Qui Auctores quamvis non distinguant, videntur tamen intelligendi de monasterijs exemptis, prout intelligit idem Sylvest. in ver. Religio, 4. qu. 2. & Tabiena in ver. Religio, qu. 23. num. 4. & sentit Cardinal. hic num. 2. qu. 3. vers. Si cum causa, dum dicit Abbatem solum posse ex causa super transitu ad laxiorem dispensare, si habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, & sic loquitur de monasterio exempto à jurisdictione Episcopi.

25 Si vero monasterium sit Episcopo subiectum tunc requiritur dispensatio Episcopi, & Abbatis simul, ut per Cardin. loco citato, ubi ait hoc tenere Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. 1. §. Nunc Episcoporum, vers. 24. & sequuntur Sylvest. & Tabiena, ubi supra, & de dispensatione Episcopi loquitur Innoc. hic num. 1. Hof. num. 3. Joan. Andr. num. 7. Butr. num. 13. & Abb. num. 2. & demum Innoc. in cap. Dilectus, num. 3. ad finem de tempor. ordinat. Speculat. in tit. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, num. 3. vers. vigesimo, Archid. in c. Quamvis, num. 6. 18. qu. 2. & in cap. Religiosus in fin. de elect. lib. 6. Abb. in c. Significatum, in fin. & in cap. Non est vobis, num. 6. de regular.

26 Quidam vero non tantum Episcopi, & Abbatis, sed etiam Conventus licentiam putant esse necessariam per cap. Statuimus, 19. qu. 3. Hi sunt. Card. hic d. num. 2. q. 3. vers. Si cum causa Bellam. in c. Ex parte in fin. de tempor. ordinat. Petr. de valud. in 4. sent. dist. 38. qu. 4. art. 4. n. 43. Sylvest. in ver. Religio 4. qu. 8. Nauar. conf. 56. num. 3. de regular. Adde, ad Abbatem, in cap. Non est vobis littera C. ad finem, de regular. Idque tutius putant Innoc. hic num. 1. & alij supracit. num. 7.

27 Ceterum contrariam opinionem, idest solum Papam posse ex causa dispensare, ut fiat transitus ad laxiorem Religionem, tenuerunt Speculat. in tit. de dispensat. §. Sunt quoque, n. 6. vers. vigesimo quarto, ubi dicit Abbatem posse dispensare, ut Monachus transeat ad majorem ordinem, vel etiam ad eam causam, sed non ad minorem, gloss. in d. c. Non est vobis in ver. Permittatur, de Regular. quæ similiter dicit Abbatem non posse

posse dispensare, ut Monachus transeat ad minorem. Joan. Monach. in c. Cum singula, num. 6. de preben. lib. 6. ubi ait: Si vellet transire ad Religionem laxiorem, hoc potest solum Papa, cum hoc sit dispensare contra iura, & solum Papa est supra iura, cap. Proposuit, de concess. preben. & cum eo concordat ibi Anchar. num. 2. vers. Et sic latius, Henric. Boich. in c. Licet, nu. 10. de Regular. Imol. in Clem. 1. num. 11. eod. tit. 28. Abb. conf. 99. num. 3. lib. 1. & hæc opinio servatur in practica: nam huiusmodi licentia transiendi ad laxiorem Religionem etiam legitimis causis subsistentibus consueverunt concedi à papa in signatura gratiæ, ut patet infra num. 40. & à S. penitentiaria, à qua conceduntur plerumque ad supplicationem Generalis, vel procuratoris Ordinis, & de utriusque Religionis consensu factæ Penitentiariæ exhibitio, ut sapissime vidi observatum; atque ita ipsimet superiores regulares agnoscunt se non habere potestatem super hoc dispensandi, cum pro ea obtinenda recurrant ad Sedem Apostolicam; quæ quidem observantia validis etiam nititur fundamentis: nam inferior non dispensat in lege Superioris. Clem. Ne Romani, de elect. & cum Episcopi, & inferiores Prælati sint custodes Canonum, etiam ex magna causa non possunt contra Canones dispensare, secundum Archidiaconum in c. Licet Canon, num. 3. vers. Erubi assertivè dixit, de elect. lib. 6. & probavi latissime in c. Dilectus, à num. 2. usque ad num. 22. infra 30. de tempor. ordinat. Præterea per extravag. Martini IV. quæ est prima de regular. interdicitur Mendicantibus transitus ad non Mendicantes, excepta Carthusia, sine licentia Papæ sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda. Et quamvis Leonard. Lell. lib. 1. de iust. & iur. c. 41. dubio 13. num. 164. & Thom. Sanchi, super Decalog. lib. 6. c. 7. n. 68. dicant Extravag. illam non esse usu receptam, vel esse intelligendam de transeuntibus absque legitima causa, ut deducunt ex illis verbis: (Fucus coloribus, & ut liberius degant, & beneficia Monastica consequi valeant;) tamen satis leve est quod dicunt de non usu prædictæ Extravag. Imò enim usu receptum est, ut nullus inferior à Papa ex quavis causa det transitum Mendicantibus ad non Mendicantes; & ex stylo S. penitentiariæ nunquam datur huiusmodi transitus quantumcumque iusta sit causa, nisi quando inter Mendicantes non inveniuntur benevoli receptores: & nihilominus cum hodie prædicta Extravag. faciat jus commune, præsumitur usu recepta, ut bene per Rotam d. 30. n. 5. part. 1. recenit. Rurlus si constitutio illa non prohiberet, nisi transitum absque legitima causa, esset profusus inanis, & frustratoria, quia hoc ipsum jam reperiebatur prohibitum per antiquos canones, ut c. Non est vobis, c. Sanè, & c. Licet, de regular. cum concordant;

33 Nec refragantur verba ut supra ponderata, quia non denotant causam finalem, sed impulsivam: nam cum constitutio respiciat, & comprehendat omnes, & rationes in ea expressæ sint de aliquibus tantum, rationes illæ sunt impulsivæ, quæ subsistentibus non cessat constitutio, l. 1. §. Sextum, ff. De postulati. & notabiliter declarat Bart. in Extravag. ad Reprimendum, in ver. Nec ex eo 34 num. absentia, in princ. num. 12. & seq. Quibus

accedit, quod ex concilio Tridentino, cap. 19. sess. 25. de regular. Statutum est, ut nemò regularis cuiuscumque facultatis viget transferatur ad laxiorem Religionem. Nec placet quod dicunt Nauar. conf. 56. num. 3. de regular. & Sanchez post alios super Decalog. lib. 6. c. 7. n. 68. videlicet nemem Concilij in eodem decreto non fuisse tollere facultates juridicas, & sed tantum non juridicas, idest sine iusta causa, & sine causæ cognitione, & absque consensu Capituli. Quoniam de hac mente ex verbis Concilij non apparet, & nemo illam revelavit, ad textum in l. Lauro, §. id Inter, ff. De suppellect. legat. Quinimò verba Concilij in eo decreto cum sint universaliter, & geminata, hanc restrictionem non patiuntur. Dicitio enim, nemo, qua utitur Concilium, tamquam universalis negativa includit omnes quacumque auctoritate fuitos, ut notat Archid. in c. Nemo, in princ. de elect. lib. 6. & similiter dictio illa, cuiuscumque comprehendit omnes facultates qualescumque sint c. Solitudo, vers. Quodcumque ligaveris, de maior. & obed. nam lex, quæ loquitur per illam dictionem, cuiuscumque vel consimiles, dicitur effectivè loqui, ut inquit idem Archid. in c. Si tribus absentis, col. 2. in ver. Quicumque, de preben. lib. 6. Absolutum est igitur decretum illud restringere ad facultates non juridicas: & eo magis, quia non iudicatur nec sunt, nec dici possunt facultates: & si de talibus Concilium intellexisset, non dixisset facultatis vigore, sed potius colore, vel prætextu, ut mos est Concilij, ubi voluit tollere abusus, & corruptelas, ut patet in cap. 7. sess. 14.

Præterea si d. c. 19. intelligeretur tantummodo de facultatibus non juridicis, & de transitu sine iusta causa, non bene prohiberet in specie transitum ad laxiorem Religionem, quia sine iusta causa nec ad eam, nec ad strictiorem transire licet, ut notat Jo. Andr. in d. c. Licet, num. 2. in ver. Vocatus, & ibi dicit in 2. not. de regular. S. Thom. in 2. 2. q. 139. art. 8. in corp. Nec Sedes Apostolica solet huiusmodi licentias concedere nisi ex iusta causa, ut sapissime experisumus, & patet infra num. 40. Dicendum est igitur S. Synodum eo decreto voluisse generaliter prohibere superioribus ordinem, ne vigore facultatis, quam prætendebant se habere de jure communi, secundum ea, quæ dicta sunt supra num. 23. & seqq. aut ex status ordinum, vel privilegij, seu indultis Apostolicis Regularibus sibi subiectos ad laxiorem transferrent: & idco quoad decreta omnia illius sess. 25. in c. ult. amplissimas posuit derogationes. Sed urgetur si Concilium prohibet transitum ad laxiorem etiam ex iusta causa: ergo nec papæ licebit etiam cum legitima causa super hoc dispensare, quin contraveniat Concilio. At respondetur Concilium eo loci non loqui de papa, quia cum ei non adaperent verba illa, cuiuscumque facultatis vigore, nec utique dispositio adaptari debet, l. 4. §. Toties, ff. De damn. insect. cum similibus.

36 Successivè QUÆRO, quæ sint causæ legitime dispensandi super transitu ad laxiorem Religionem.

37 Conveniunt omnes legitimam causam esse infirmitatem, vel debilitatem, per quam Religiosus

giolus redditur impotens ad arctioris ordinis statuta servanda, juxta tex. in c. Cum ad monasterium, §. In refectorio, vers. Quamquam, infra de statu Monach. & tenet Abb. in c. Non est vobis, non. 6. de regular. Gemin. in cap. Cum singulari, §. Prohibemus, nu. 6. de preben. lib. 6. & ibi etiam Franc. nu. 4. S. Thom. in 2. 2. qu. 189, art. 2. in corp. vers. Tertio, propter infirmitatem. Sylv. in ver. Religio, 4. & infirmitas ad hoc debet esse perpetua, secundum Archid. in c. Monach. nu. 4. 20. q. 1. Gemin. & Franc. loco cit. Et quamvis pro iusta causa adducantur & senectutem: secundum hoc ita videtur temperandum, si senectus sit talis, ut per eam Religiosus sit redditus inhabilis ad servandam austeritatem arctioris Regulae, arg. c. Nisi cum pridem, §. Alia vero causa supra eol. alioquin valde absurdum esset, ut unicuique Religioso in senectute etiam valida, & robusta liceret ad laxiorem ordinem transvolare, arg. c. 1. supra eol.

39 Praeter infirmitatem, seu debilitatem corporis moderatim recensent complures alias causas dispensandi super transitu ad minorem Religionem, videlicet si Regularis in sua Religione odio habebatur, vel male tractetur a Fratribus, aut in ea sit adeo infamatus propter aliquod crimen a se perpetratum, ut non nisi magna cum tristitia, & rubore possit ibi permanere, ita Manuel Rodriq. tom. 3. qu. 1. regular. qu. 53. art. 9. Thom. Sanch. super Decal. lib. 6. l. 7. n. 72. & moderni in Collectanea ad Concilium Tridentinum, cap. 19. sess. 25. de regular. nu. 31. Ego vero existimo has, & consimiles causas ab eis adductas non esse sufficientes ad dispensandum super transitu, nisi forte ad parem, seu aequalem, non autem ad laxiorem, quia cum Religiosus possit aequè bene suam indemnitati consulere transiendo ad parem, nulla ratio patitur ut transingret ad regulam minus strictam, ex notatis per gloss. in cap. Monachi vagantes, in ver. Non in Civitatibus, 16. qu. 1. Nulli enim fas est de statu perfectiori ad minus perfectum statum transire; hoc enim est retrospicere, quod est damnabile, secundum Domini sententiam dicentis Luca 9. (Nemo mittens manum ad aratram, & aspicens retro, aptus est Regno Dei) S. Thom. in 2. 2. qu. 189. art. 4. in primo arg. contrario. Unde si Regularis in suo ordine est exosus fratribus, & ab eis male tractatur, vel infamis reputatur, inveniat alium ordinem saltem aequalis perfectionis observantiae, in quo possit quiete vivere, sed non eligat alium laxioris vitae, quia retro aspiceret, & videretur hoc facere, ut disciplinam effugeret, & jugum Regulari districtioris excuteret, ac licentius viveret, contra textum in cap. Virgines, ibi, Siverò fuga disciplinae alium locum quaesierint, redire cogantur 20. qu. 4. & in cap. Non est volis cum gloss. in ver. Permissus, de regular. Pacit. tex. in c. 1. Et quod ibi dixi in 4. notab. supra de trans. Episc. alioquin omnes Apostatae, & infamia notati transferendi essent ad laxiorem, & ita ex eorum nequitia commodum reportarent contra juris regulas, quod multis tribuerit incentivum apostatandi, ut cap. Esimus, in fin. 23. qu. 4. c. Vi Clericorum, infra, de vita, & honestat. Clericor. Turis est iugiter tenere solam egritudinem, seu debilitatem esse iustam causam super hoc tran-

situ dispensandi, prout hanc solam assignavit D. Thom. in 2. 2. qu. 189. disto art. 8. in corp. propter quam etiam dispensat Sac. Penitentiarum. Quinimodò, non. mem. Antonius Cardinalis Caraffa olim Signaturae Sanctissimi Praefectus in sua glossa manuscripta ad cap. 19. sess. 25. de regular. testatur se nunquam vidisse in Signatura Gratiae concedi transitum ab arctiori ad laxiorem Religionem nisi ob infirmitatem, vel debilitatem provenientem ex observantia ipsius regulae arctioris, cum non possit illius statuta servare.

DE SUPPLENDA negligentia Pralatorum.

Cap. Statuimus.

SUMMARIUM.

- 1 Abbas propter contumaciam Episcopi in benedicendo recipit potestatem alios benedicendi, perinde ac si esset benedictus.
- 2 Abbas ante benedictionem non consequitur potestatem spirituales, id est facultatem benedicendi Monachos, & Minores Ordines conferendi.
- 3 Benedicendo Abbas, & consecratio Episcopi in quibus differant. Et num. seqq.
- 4 Episcopi non habent communem cum reliquis inferioris gradus potestatem christi mandandi, & ordinandi.
- 5 Ordines sacros conferendi potestus non Episcopo delegari non potest; potestas christi mandandi secus.
- 6 Abbates non consequuntur potestatem conferendi minores ordines ex vi solemnium benedictionis, sed ex concessione Ecclesiae, & adminiculo habitus Sacramenti, & num. 29.
- 7 Potestas, quae confertur Episcopo per consecrationem, est indelebilis, & remanet in Episcopo etiam excommunicato, deposito, & degradato.
- 8 Episcopus prohibitus a Papa christum, vel ordines conferre, si contempna prohibitione secus faciat, imprimi characterem.
- 9 Abbas etiam benedictus ordinando contra prohibitionem Ecclesiae nihil confert.
- 10 Declaratur, non. seq. & num. 31. & seq.
- 11 Abbatum potestas conferendi minores ordines potest ab Ecclesia ex toto auferri, sed non pro parte, sicut nec potest pro parte concedi. & num. 33. 46. & 50.
- 12 Prelatus inferior secularis habens facultatem post Concilium Tridentinum conferendi primam tonsuram, & minores ordines certis personis, si alios ordines, an characterem imprimat. & num. seq. usque in fin.
- 13 Abbas benedictus conferens tonsuram, ac minores ordines regularibus etiam sibi non subditis, imprimi characterem.
- 14 Tonsuratus ab Abbate non benedictus, vel non habente hanc facultatem ex privilegio, debet iterum tonsurari. & num. 54.
- 15 Abbas non benedictus habens privilegium ante Concilium conferendi primam tonsuram, & minores ordines, ita demum ordinando characterem imprimi si habeat subditos regulares alios secus, & num. 31.

- 16 Prelatus inferior secularis habens privilegium ante Concilium Tridentinum conferendi suis subditis secularibus primam tonsuram, & minores ordines, ordinando post Concilium nihil confert. & num. 31.
- 17 Potestas sacramentalis, & jurisdictionalis qua sit, & in quibus differant.
- 18 Prelatus carens potestate dicitur esse instar chimerae.
- 19 Ordinatus a Prelato non habente potestatem ordinari nihil recipit, & debet iterum ordinari.
- 20 Episcopi accipiunt potestatem conferendi ordines in consecratione.
- 21 Abbates, & alij inferiores Praelati in quo actu accipiunt potestatem minores ordines conferendi.
- 22 Episcopi jurisdictionem accipiunt in consecratione, etiam ante consecrationem.
- 23 Abbates, & alij inferiores Praelati in quo actu jurisdictionem accipiunt.
- 24 Ordinandi potestas ex limitatione jurisdictionis non restringitur, cum jurisdictionis ad essentiam ordinationis non spectet.
- 25 Episcopus ordinando Clericos alienos imprimi characterem, sed ordines executionem non confert.
- 26 Idem in Episcopo, qui renunciat Episcopo actu.
- 27 In Episcopo titulari.
- 28 Et in Episcopo haeretico, excommunicato, vel degradato.
- 29 Ordinandi potestas licet non competat inferioribus Praelatis ex vi consecrationis, sed ex concessione Ecclesiae, tamen non restringitur ex limitatione jurisdictionis ad certas personas, & n. seq.
- 30 Abbates benedicti potestatem habent conferendi primam tonsuram, & minores ordines ex constitutione Ecclesiae.
- 31 Abbatum jurisdictionis quoad ordines collationem ad quas personas restringatur.
- 32 Abbas non benedictus potest Lectoratum conferre, postquam Episcopus ter requisitus benedicere eum recusaverit.
- 33 Ordinandi potestatem habent ex indulto Papa, ordinando post prohibitionem, non imprimi characterem.
- 34 Prohibito si prohibito sit status, secus si restricta ad certas personas tantum, & num. 46. & 50.
- 35 Presbyteri, cui Papa dedit facultatem christi mandandi, post revocationem commissionis nihil confert. Secus in Episcopo.
- 36 Ecclesia in traditione potestatis apponere potest legem, quam vult.
- 37 Declaratur, num. 40. 44. & 46.
- 38 Taxatio, seu modificatio in eius est arbitrio, in cuius est totalis denegatio.
- 39 Declaratur, num. 40. 44. & 46.
- 40 Actus contra legis prohibitionem factus an, & quando sit nullus, & num. 44. & seq.
- 41 Potestas ordinis neque ex intervallo, neque in actu consecrationis recipit divisionem, seu limitationem, & num. seq.
- 42 Abbas facultatem habens ex privilegio conferendi primam tonsuram, & minores ordines, vel faciendi ea, quae potest Abbas benedictus, ordinando non subditos characterem imprimi.
- 43 Potestas ordinis non recipit limitationem, sive competat de iure communi, sive ex privilegio Papa, & num. 46.
- 44 Potestas ordinis competere non potest nisi ex consecratione episcopali, vel ex concessione Papa.

- 42 Decretales epistola etiam non clausa in corpore iura habent legis auctoritatem.
- 43 Codex Canonum qui sit.
- 44 Potestas jurisdictionis cuiusmodi est absolutio sacramentalis, restringitur ad subditos tantum, & num. seq.
- 45 Confessiones, quas audit Sacerdos ab Episcopo non approbatus, sunt irritae.
- 46 Ordinandi potestas cur non possit pro parte conferri, & pro parte non.
- 47 Jurisdictio an sit indivisibilis.
- 48 Potestas ordinis ad usum, jurisdictionis ad usum fructum proximus accedit.
- 49 Freni pro parte possunt, uti parte non possunt.
- 50 Lex promotionis consistit in facto.
- 51 Character quid sit.
- 52 Forma quid.
- 53 Prelatus inferior sive regularis, sive secularis si conferat primam tonsuram, aut minores ordines, an, & quibus casibus imprimat characterem, aut conferat ordinis executionem, compendiosa distinctio.

STATUIMUS. Si diceclemus requisitus benedicere nolit Cisterciensem Abbatem, ipse proprios benedicere poterit. Hoc dicit, Cardinalis dividit in duas partes. In prima concessio. In secunda limitatio, ibi, Donec.

Nota primò propter contumaciam Episcopi in benedicendo, Abbatem recipere potestatem alios benedicendi, perinde ac si esset benedictus, ut hic est casus secundum omnes. Et sic aliquis dat quod non habet, quia non benedictus benedicit contra reg. c. Quod autem, de iure patron. cap. Nuper, de donat. inter vir. & uxor. & c. Nemo, de reg. iur. secundum gloss. & Innocent. hic in ver. Benedicere. Sed hoc contingit virtute huius Canonis, qui ob duritiam Episcopi tribuit Abbati non benedicto auctoritatem alios benedicendi, ut per Butr. num. 11. in secunda oppos. & Abb. num. 2. Similis indulgentia habetur in cap. Nihil, §. In supra de elec.

Secundò nota, ibi, remanet, cessante Episcopi contumacia Abbatem ante benedictionem non recipere potestatem spirituales, id est facultatem benedicendi Monachos, & minores ordines conferendi: concordat, c. Quoniam 69. dist. & c. Cum contingat supra de arat. & qual. Quod ergo operatur consecratio in Episcopo, c. Transmissam supra de elec. operatur solemnium benedictio in Abbate, secundum Anton. de Butr. hic in 3. notab. num. 6. Quod tamen intellige proportionabiliter, quia benedictio non confert Abbatibus idem per omnia, quod consecratio Episcopis, neque enim ex vi solemnium benedictionis Abbates potestatem habent Sacramentum Confirmationis, aut sacros Ordines conferendi, cap. Quanto de consecr. c. unico, §. Per fontis christi mandationem, de sacra Unct. Quandoquidem hanc potestatem non habent Episcopi communem cum reliquis inferioris gradus, ut est distinctum in Concilio Tridentino, de Sacramen. Ordin. sess. 23. c. 4. & can. 7. Quod ad id verum est, ut neque ex delegatione Ecclesiae possit competere non Episcopo facultas conferendi Ordines sacros, secundum sententiam D. Thom.

in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 3. quæ servatur in pra. clica, ut dicitur Sylvest. in ver. Ordo 3. num. 7. licet secus sit in Sacramento Confirmationis, quod de plenitudine potestatis demandari potest per Papam etiam simpliciter Presbytero, cap. Pervenit, & ibi Doct. 95. dist. gloss. Innocen. & omnes in d. cap. Quanto. S. Thom. ubi supra, & diffusum est in Concilio Florentino in decreto fidei Eugenij. IV. in §. Secundum Sacramentum, ut scripsi latius in d. §. Per frontis christiano-nem.

6 Rursus quod dictum est Abbates per solem-nem benedictionem consequi potestatem confe-rendi minores ordines, non ita est intelligend-um, ut ipsi benedictioni naturaliter, seu de jure divino sit annexa hujusmodi potestas: hoc enim est falsum secundum opinionem, quam re-citat hic secundo loco Innocentius circa fin. quia, ut dictum est, soli consecrationi seu ordini epi-scopi secundum proprietatem annexa est po-terestas christi mandandi in fronte, & ministros ecclesie ordinandi, quarum functionum potestatem reliqui inferioris gradus nullam habent, ut dicitur in d. cap. sess. 23. de Sacram. ordin. sed ita intelligi debet, ut Abbates in actu solemnem benedictio-nis, consequuntur prædictam auctoritatem sup-posita concessione ecclesie, & adminiculo habiti Sacramenti, ita ut Abbas Presbytero ipso quod solemniter benedicitur, ex antecedenti concessio-ne Apostolicæ Sedis, de qua in d. cap. Quoniam, 69. dist. consequatur dictam potestatem minores ordines conferendi: & sic benedictio est veluti conditio sine qua non, ut dicam plenius inf. n. 28. vers. Nec refragatur.

7 Et hinc resultat inter has potestates alia nota-bilis differentia: nam Episcoporum potestas, cum conferatur per ipsam consecrationem, est iudicabilis, nec potest ab ecclesia auferri: unde remanet in Episcopo etiam excommunicato, hæ-retico, deposito, & degradato, cap. Ordinationes, 9. quæst. 1. cap. Quod quidam. 1. q. 1. cap. Osenditur, & ibi Archid. de consec. dist. 4. S. Thomas in 2. 2. quæst. 39. art. 3. Sylvest. in ver. Degradatio, num. 9. & dixi latius in cap. 1. numero 31. in frade scilicet.

8 Nam contraria opinio Bartholomei Brixien-sis in summa. 9. quæst. 1. qui dixit degradatum non con-ficere, est error: & contraria sententia Joannis ibi posita, & Laurentij, Alani, Tancredi, & Bernardi in cap. 2. de Cleric. excomm. ministran: est vera, & catholica, ut docent Theologi uno consensu lib. 4. sent. dist. 13. & B. Thomas in 3. par. quæst. 82. art. 8. Nec textus in cap. Degradatio, de pen. lib. 6. est in contrarium, ut videtur ibi sen-tentia gloss. fin. quæ omnino est respuenda, ut ibi in margine est adnotatum: & sic Episcopus pro-hibitus ab ecclesia ordines conferre, si nihil om-nis contempta prohibitione ordines, caracte-rem imprimi, secundum Innocen. in cap. Quan-to, numero 4. de consec. quia in his homo non agit nisi ut minister Dei, ut per D. Thomam ubi supra, licet ordinis executionem non conferat propter ecclesie prohibitionem, gloss. & DD. in d. cap. 1. de scribinat. At verò potestas Abbatis etiam benedicti, cum sit ex delegatione, seu con-cessione ecclesie, non immobiliter adhaeret, quia ecclesia potest mandatum revocare, & ita aufer-re quod dedit. Unde Abbas ordinando post ec-clesie prohibitionem, seu mandati revocatio-

9 nem nihil confert, ut docet Innoc. loco citato cum quo alij transeunt. Quod tamen procedit si potestas ordinandi auferatur Abbati in totum: non enim potest per parte auferri, cum sit in-dividua, sicut nec potest per parte concedi. Ac propterea si Sacerdos habens ex delegatione Papæ potestatem ordinandi limitatam, seu res-trictam ad certas personas, egrediatur limites delegationis, ordinatio non est irrita, ut diffusè probabitur in proximè seq. quæst.

11 QUÆRO, An Prælati inferior secularis habens facultatem à Sede Apostolica post Con-cilium Tridentinum conferendi primam tonsu-ram, ac minores ordines aliquibus personis sa-cularibus tantum, si conferat alijs, quam ex-pressis in litteris Apostolicis, imprimat caracte-rem, necne.

12 Quæstio est admodum difficilis, pro cuius cla-riori explicatione aliqua sunt præmittenda.

Et primò cum fuisse quæsitum à Sac. Con-gregatione Concilij an habens jurisdictionem quali episcopalem, si alijs, quam Regularibus sibi subditis, primam tonsuram conferret, cen-seretur saltem impressisse characterem, adeo ut taliter tonsuratus non iterum tonsurari deberet: Sac. Congregatio respondit impressum esse char-acterem, & ita tonsuratum tonsurari iterum non debere, si Abbas fuerit benedictus, vel ex privilegio hanc facultatem haberet. Et cum hac decisione consentit alia, qua manu Cardi-nalis Caraffe est adnotata super cap. 10. sess. 23. in margine Concilij, in verbis. (Tonsuratus ab Abbate non benedictus, vel non habente facultatem ex privilegio Sedis Apostolicæ, debet iterum tonsurari.) Sed huic decisioni subnequitur alia de-cisio in hæc verba. (An tonsuratus ab Abbate ha-bente privilegiante Concilium debeat iterum tonsurari.) S. Congregatio censuit debere, cum privilegium fuerit per Concilium revocatum.

13 Nec decisio posterior videtur contradicere de-cisioni prius relatæ: in illa enim dicitur tonsuratum ab Abbate habente privilegium non esse iterum tonsurandum. In hac verò determinatur oppo-situm; ideo cum ad has decisiones concilian-das illarum rationes paulò attentius conside-rassem, & cum scripturis publicis consulissem, comperi eas minime dissentire. Quod ut cla-rius appareat, distinguendi videntur duo casus. Primus est cum Abbas habens à Sede Apostoli-ca privilegium ut possit tonsuram, & quatuor minores ordines conferre; est talis, ut subditos regulares habeat; & tunc procedit decisio prius relata, ut alij quam subditi regulares ab ipso prima tonsura initiati iterum tonsurari non de-beant. Quia cum talis Abbas quoad aliquos habeat potestatem, scilicet quoad subditos regu-lares, cum alios ordinat, inprimis caracte-rem, deficit enim quoad alios jurisdictione, sed non ordinandi potestas, gloss. penult. Archid. & Franc. in cap. Abbates, de privileg. lib. 6. & idem Archid. in cap. Quoniam, numero 5. in fin. vers. In eadem gloss. invitatus. Et ibi etiam Tur-recremat. numero 10. & Prepos. in fin. 69. dist. in d. Lap. alleg. 132. numero 5. & secundum Turcrem. ubi supra. Hanc sententiam tenet etiam is, qui glossavit Summam Raymun. & Richar. de aut. & qualis. §. Presbyr. & omnes in gloss. quæ inci-pit, Monachus suis. Nec Concilium d. cap. 10.

huic

huic privilegio obstat, quia revocantur ea privilegia, quæ imperiebantur facultatem alios quam regulares subditos ordinandi. Unde cum tale privilegium non sit sublatum à Concilio, sequitur ut Abbas non careat pro sua facultate con-federandi quoad omnes, & ita quoad alios, quam regulares sibi subditos, si conferat primam tonsu-ram, valida est collatio. Secundus est casus, cum tale privilegium est concessum ante Concilium Abbati, qui nullos subditos regulares habet, qua-les sunt inferiores Prælati saeculares, & in hoc ca-su cum privilegium non possit dici aliquo modo præservatum, quia Concilium d. c. 10. permittit Abbatibus, ut solis subditis regularibus tonsu-ram, & minores ordines conferre possint: sequit-ur ut proliis careat hujusmodi Abbas potestate conferendi ordines, cum nitatur solo privilegio in totum sublati per Concilium, & ita tonsuratus ab eo per doctrinas supracitatas debet iterum tonsurari.

15 Et hoc modo procedit posterior decisio Sacre Congregationis. In quem sensum videtur etiam congruere decisio Peliceni alibi adnotata, qua Sa-cra Congregatio declaravit, nullam fuisse ordina-tionem Præpositi Pelicenis, qui ordinaverat vi-gore privilegij per Concilium sublato. Etratio est, quia cum is Præpositus non haberet aliquos regu-lares sibi subditos, quorum respectu privile-gium esset præservatum, carebat funditus ordi-nandi potestate.

16 Deinde præmittendum est secundum D. Tho-mam in 2. 2. quæst. 39. art. 3. & gloss. in c. Aquæ, in ver. Jurisdictionis, in fr. de consec. Ecclesie, potestatem spiritualem duplicem esse, sacramentalem scilicet, & jurisdictionalem. Potestas sacramentalis, seu ordinis est, quæ per aliquam consecrationem con-fertur, cap. unum infra de sac. unct. Sola enim vol-untate, & verbo jurisdictione committitur, & re-vocatur, sive sit ordinaria, sive delegata, cap. Super quæstionum, §. intentionis, & §. Porro, in fr. de offic. de-legat. & d. Judicium, §. de iudic. Ultraque autem potestas requiritur ad ordines conferendos, cap. 2. 9. q. 2. cap. Nullus, de Paroch. gloss. in d. cap. Aqua, in ver. Jurisdictionis. Et quidem sacramentalis po-terestas quoad sui essentiam consideratur in ordi-nante simpliciter, & absolute. Jurisdictionalis ve-rò respectivè, & in ordine ad subditos, cap. Mo-nachi, & c. seg. cap. Sic vive, c. Si Clericatus, & c. seg. 16. qm. 1. in quibus patet, Monachos quamvis re-cipiendo ordinem recipiant officij potestatem, non tamen recipere jurisdictionem, seu executio-nem nisi occasione populi. Et idem probatur de-creto Concilij Tridentini sess. 14. cap. 7. de cas. re-servat. in princip. & declarat S. Thom. quolib. 12. art. 30. & Turcrem. in cap. Ita dominus, num. 10. 19. dist. Potestas sacramentalis pertinet ad sub-stantiam, & validitatem ordinationis, c. Presbyte-ris, 68. dist. S. Tho. in 4. dist. 25. Nam Prælati carens potestate dicitur esse instar Chimæra, seu Hippocentauri, vel Hypocritis, quæ licet sint sim-ilia entibus, tamen non sunt entia, ut ait Bald. corf. 9. Factum tale est. Anno Domini, in fin. num. 2. vers. Et ad clariorè, lib. 1. Ideoque ordinatus ab eo nihil recipit, & debet iterum ordinari, c. 2. 68. dist. Lap. dicta alleg. 132. num. 5. Cum umbra quædam offendantur in opere, veritas autem non subeat in effectu: Quæ sunt verba textus in cap. Quanto, supra, de consec. ubi Bald. ait, [Quod sit,

& fieri non potest, est sicut chimæra. & cum, non realitas.] L. unum. c. De dedita libertat. sub-licet. Jurisdictione verò pertinet ad ordinationem ritæ, ac ritæ celebrandam, ut in d. cap. Cum nullus, de temp. or. dicitur, lib. 6. Sine hac non confertur ordinis executio, d. cap. 1. & 3. 71. dist. sine illa ordo non confertur, d. cap. Presbyteri. De po-terestate sacramentali ordinatum meminit sacra Tri-dentina Synodus sess. 23. de Sacramen. Ordin. cap. 4. & can. 7. De jurisdictione in subditis loquitur, cap. 2. sess. 14. & cap. 8. & 11. sess. 23. Pote-stantem sacramentalem ad conferendum Epi-scopi accipiunt in consecratione, cap. Quoniam, c. Chorepiscopi, 68. dist. cap. Transmissam, & c. Quod sit, §. Præterea, de elect. Abbates in actu impolitionis manuum, id est solemnem benedictionis, cap. Quoniam, 69. dist. & cap. Cum contingat, de aut. & qualis. Benedictio enim hujusmodi largo modo dicitur consecratio, cap. Alienationes, 12. quæst. 2. & id proportionabili-ter præstat Abbatibus quod vera consecratio Episcopis. Felin. in cap. Monasterium, in prin-cip. de rejudic. Quod tamen intellige secundum ea, quæ dicta sunt supra in secundo notat, qui inferiores Prælati illam accipiunt in actu commissionis Apostolicæ, vel promotionis ad di-gnitatem, cui privilegium est concessum, cum adminiculo habiti Sacramenti, Innoc. in c. Quan-to, num. 4. supra de consec. ut in Cardinalibus juxta notata in cap. His que, de majori & obedi- & in Abbatibus habentibus speciale indultum à Sede Apostolica, ut in cap. Abbates, de privi-til. lib. 6. Jurisdictionem verò Episcoporum accipiunt in actu confirmationis etiam ante consecratio-nem, d. cap. Transmissam - ubi gloss. in ver. Detalibus, enumerat species jurisdictionis. Ab-bates similiter in actu confirmationis etiam ante susceptionem in unum benedictionis, c. Nosti, de elect. gloss. hic in ver. Substitutos, Oldrad. conf. 14. num. 4. & seq. Felin. in c. Memimus, §. in prin-cip. de access. & in d. c. Inter monasterium in prin-cip. de re iudic. post Abbat. ibidem num. 25. reliqui inferiores jurisdictionem accipiunt, vel in actu delegationis, vel cum promotur ad di-gnitatem, cui hæc facultas competit ex Aposto-licæ Sedis indulto, ut in d. c. Abbates, de privi. lib. 6. & d. c. 10. sess. 23.

23 His positis ad dubium videtur responden-dum, imprimere characterem adeo, ut sic ordinati iterum ordinari non debeant, licet sint malè promoti, & ordinis executionem non acceperint: nam in privilegio, seu commissione conferendi ordines duo implici-tè continentur, videlicet nuda, & simp-lex potestas ordinandi; & jurisdictione restri-cta, & limitata ad personas in litteris Apo-stolicis designatas. At ex limitatione juris-dictionis non inferatur ad limitationem præ-dictæ potestatis, quoniam quoad impressio-nem characteris, & essentiam ordinationis nulla habetur ratio jurisdictionis. Probatur exemplo Episcopi, qui quamvis jurisdictionem non habeat nisi in subditos ratione originis, be-nedicit, vel dicitur d. cap. Cum nullus de temp. ordin. lib. 6. tamen ordinando Clericos alie-nos imprimi characterem, qui est effectus po-terestatis Sacramentalis, licet sic ordinari non recipiant ordinis executionem ob defectum

jurisdictionis in conferente, c. 1. & 3. 71. dist. cap. Lugdunensis, 9. quæst. 2. & cap. 8. sess. 23. Concilii Tridentini.

Quinimo tantum abest, ut ex limitatione jurisdictionis referri possit ad limitationem potestatis Sacramentalis, ut is, qui potestatem conferendi accepit, etiam si nullam prorsus habeat jurisdictionem, tamen validè ordines conferat, licet non rectè. Ideoque Episcopus, qui renunciat Episcopatu, licet nullam habeat jurisdictionem, eò quòd caret subditis; tamen quia non caret conferendi potestate, ordinando imprimè characterem, licet ordinis executionem non conferat, cap. 1. De ordinat. ab Episcopo. Sylvest. in ver. Irregularitas, num. 8. & eodem modo Episcopi Titulares, qui nullam habent jurisdictionem tamquam Clero, & populo carentes; tamen ob potestatem, quam in consecratione susceperunt, validè ordines conferunt, licet graviter peccent, & incidant in penam à Concilio statutam in cap. 2. sess. 14. Idemque patet in Episcopo heretico, excommunicato, vel degradato, qui validè ordines confert, licet non ordinis executionem, cap. Ordinationes, 9. q. 1. Richard. in 2. dist. 19. & Sylvest. in ver. degradatio, num. 9. dicens in idem consentire D. Th. & idem Sylvest. in ver. Ordo, 1. num. 6. vers. Quæritur. Unde Augustin. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 13. relatus in e. Quod quidam, q. 1. [Sicut autem inquit] habent in baptismo, quòd per eos dari possit, sic in ordinatione jus dandis utrumque quidem ad perniciem suam, quæ in diu charitatem non habent unitatis: sed tamen aliud est prorsus non habere, aliud salubriter habere, quidquid non habetur dandum est, cum opus est dari; quod verò perniciosè habetur per correptionem depulsà perniciè agendum est, ut salubriter habeatur.] Hæc ibi.

28 Nec refragatur, quòd prædicta vidcantur procedere in Episcopis, quibus per consecrationem de jure divino confertur potestas indelebilis, ut per Divum Thomam in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. ad secundum, & dixi supra in 2. not. ab. num. 7. vers. Et hinc resultat. Imò enim ut Sylvest. ait in d. ver. Degradatio, num. 9. idem dicendum in habentibus potestatem ordinandi à jure positivo concessione Ecclesie: nam ut Abbates presbyteri, & benedicti possint primam clericalem conferre tonsuram, indultum legitur in septima Synodo universali, id est secunda Nicæna relata in d. cap. Quoniam, 69. distinct. ponderando verbum illud, licentia. Sed illorum jurisdictionis in tonsurando restricta est de jure communi ad conversos, & Monachos sui monasterii: textus est in d. cap. Quoniam, ibi: [Lectoris autem manus impositione licentia est Abbati solummodo in proprio monasterio facienti.] Item ad eos, in quos habet ordinariam, & quasi episcopalem jurisdictionem, c. Abbates, & ibi Franc. in 2. not. ad privi. lib. 6. Specul. in tit. de privi. non. 5. vers. Item nequeunt primam tonsuram conferre, nisi Conversis, & Summa Tabien. in vers. Abbas, §. 2. & ex Concilio restricta est ad subditos regulares tantum in dict. c. 10. sess. 23. & tamen si Abbas benedictus conferat primam tonsuram regulari sibi non subdito, aut seculari, valida est ordinatio ratione potestatis sibi tradite in impositione manuum: idque tam ante

Concilium. Lap. d. alleg. 138. glo. Archid. & Fran. supra cit. num. 14. quam post Concilium, ut patet ex relatis declarationibus S. Congregationis supra num. 11. & seqq.

31 Eodem modo ut Abbates non benedicti possint benedicere, et Leboratum conferre, secundum opinionem glo. hic in ver. Alia, posteaquam Episcopus ter humiliter requisitus munus benedictionis illis impetiri recuaverit, primum statuit Alexander III. in hac Decretali, ponderando verbum statimus. Unde gloss. præalleg. querens qualiter hoc possint facere ante suam benedictionem: [Dic, inquit, quod in odium Episcoporum Dominus Papa hoc concedit per ipsam constitutionem, ne propterea in spiritualibus, vel aliis patiantur monasteria detrimentum propter negligentiam Episcoporum.] Idem notat Innoc. num. 1. dicens hujusmodi Abbates etiam ante benedictionem habere plenam administrationem autoritatis hujus Canonis, & sequitur Jo. Andr. num. 4. & 8. in ver. Licet. Et tamen superposita gloss. opinione, si prædicti conferrent Regularibus sibi non subditis, dubitandum non esset, quin character esset impressus. Patet igitur ex limitatione jurisdictionis, ad certas tantum personas non inferri ad limitationem potestatis ordinandi, quam Prælati habet etiam ex concessione Ecclesie.

32 Non obstat quod secundum Innocent. in cap. Quanto, no. 4. de consuet. quando facultas conferendi ordines competit non ratione ordinis Episcopalis, sed ex delegatione, seu demandatione facta per Papam, tunc prohibitio efficit, ut nihil conferatur, quia Papa potest auferre quod dedit, ut plenus dictum est supra in 2. notab. vers. & in c. resulat.

33 Nam respondetur id verum esse, si prohibitio sit totalis, quia tunc per eam auferuntur funditus potestas per delegationem collata. Et propterea quamvis Concilium in d. c. 10. sess. 23. non procedat per modum atemptionis potestatis, sed per modum simplicis prohibitionis, interdicendo ne Abbatibus & aliis inferioribus liceat ordinare subditos non regulares; tamen quoad Prælatos inferiores non habentes subditos regulares hæc prohibitio operatur ablationem totius potestatis, quia nimirum hujusmodi potestas illis competit, non ratione ordinis episcopalis, sed ex commissione, seu privilegio Apostolico; & sublato privilegio per totalem prohibitionem, nihil remanet, ut patet ex dictis supra, num. 14. & 15. Ac secus est, si prohibitio non sit totalis, sed limitata ad certos casus, vel personas; quia tunc cum remaneat aliqua potestas quoad alios, ratione illius potestatis ordines validè conferuntur, licet non ritè propter prohibitionem. Quod patet exemplo Abbatum, quibus est potestas ordinandi non competat ratione ordinis episcopalis, sed ex concessione Ecclesie, ut dictum est, num. 6. & num. 28. & seq. tamen prohibitio Concilii in dict. cap. 10. sess. 23. non reddit irritam ordinationem subditorum secularium, nempe quia dicta prohibitio non est totalis, sed limitata, & restricta ad subditos seculares tantum; & quia remanet potestas quoad subditos regulares, ideò conferendo hæc actibus, imprimunt characterem, non obstant Concilii prohibitionem, seu limitationem, ut similiter est dictum in 3.

& seq. & num. 18. & hoc sensit Innoc. in dict. c. Quanto, num. 4. de consuet. ait enim: [Si Dominus Papa primò conferret Presbytero potestatem eucharistiam, & postea auferret, nihil conferret sic, sed si prohiberet Episcopo eucharistiam, & contemptà prohibitionem confirmaret, imprimeretur character. Ratio diversitatis, quia Episcopus potest confirmare ex officio, & ordine; Sacerdos alius ex delegatione, & adminiculo habiti Sacramenti. Mandato ergò sublato nihil potest.] Ita Innocentius, qui, ut vides, aperte loquitur de totali ablatione potestatis delegatæ, & revocatione mandati, non autem de illius limitatione ad certos casus, vel personas.

35 Sed dices, Prædicta locum habent in eo, qui prius ex delegatione Papa habebat absolutam potestatem ordinandi; & postea ex intervallo illi adjicitur prohibitio limitata, ne scilicet illam potestatem exerceat nisi in personas designatas, secus autem est, quando eodem contextu traditur potestas, & jurisdictionis limitata, ut in casu thematici, de quo agitur; tum quia Sedes Apostolica in traditione potestatis potest adicere condiciones, quas vult. c. Eleutherius, 18. quæst. 2. cap. Verum, de condition. appof. l. in traditionibus, ff. De potest. gloss. l. in cap. Sic quidam, 10. quæst. 1. Tum quia qui potest non concedere potestatem in totum, potest etiam illam concedere limitatè, & quoad partem, cap. Pastorale, §. Item cum totum, in fine, de offic. deleg. In ejus enim arbitrio est taxatio, seu modificatio, in cujus totalis denegatio, dicit text. in l. Videamus, vers. Sed an iudex, & in l. In actionibus, vers. Sed iudex, ff. de in litem iuran. Roman. consil. 369. Circa primum, num. 28.

36 Tum denique quia actus factus contra prohibitionem legis ab eo, qui prius habebat facultatem illum actum faciendi, non est nullus, ut in ordinario; secus si prius illum non habebat, ut in delegato, secundum theoreticam gloss. in Clem. 1. in ver. Inhibentes, vers. Sed quarto, de jure patron. quam sequitur Anchar. in c. Statutum, §. In ver. adverte, & de reser. lib. 6. Abb. in cap. Ex parte, num. 5. de Constit. Rom. consil. 203. Quoad primum, num. 7.

37 Verùm hæc obiectio tollitur, quia etiam Abbates non benedicti, si tamen habeant privilegium, ut possint ordines conferre, vel idem facere quod Abbates benedicti, ordinando non subditos, imprimunt & illi characterem, licet eodem contextu eis tradita fuerit potestas, & jurisdictionis limitata ad subditos tantum, ut initio diximus. Quod ipsum patet etiam ex infrascriptis declarationibus S. Congregationis. Nam cum nonnulli Abbates Germaniæ in vim privilegiorum ante Concilium obtentorum conferrent minores ordines etiam non subditis, & dubitatum esset, an ordines collati essent validi: Sacra Congregatio censuit esse validos, non obstantes, c. 10. sess. 23. & ordinator non egere alia ordinatione, & iterum cum esset questum, an Abbas ex privilegio Pii V. facultatem habens ea omnia faciendi, quæ facere potest Abbas benedictus, qui de mandato Vicarii Apostolici quibusdam secularibus non sibi, sed ipsi Vicario subditis primam tonsuram, & minores ordines contulit, impressisset characterem: S. Congregatio respondit impressisse, sed tam ordinantem,

quam ordinator incidisse in penas Constitutionis Sixti V.

Constat ergò, non esse constituendam differentiam, an quis habeat jurisdictionem ex intervallo, an in actu traditionis potestatis ordinandi, cum neutro casu potestas recipiat limitationem ex limitatione jurisdictionis. Nec advertantur regulæ in contrarium adductæ, & theoricæ Juristarum in d. l. Non dubium, c. de legib. quia procedunt in his, quæ sunt jurisdictionis, non autem in his, quæ sunt ordinis, ut inferri dicitur.

Et ex prædictis cessat etiam obiectio, quòd dicta conclusio procedat in his tantum, qui habent potestatem ordinandi de jure communi juxta terminos, d. c. Quoniam, 69. distinct. cap. Cum contingat de stat. & quali. Imò etiam idem dicendum in Abbatibus habentibus potestatem ordinandi ex privilegio, ut patet in prædictis decisionibus Sacræ Congregationis. Ideoque Divus Thomas in 4. distinct. 25. docet facultatem conferendi ordines duobus tantum modis haberi posse, videlicet ex consecratione Episcopali, & ex concessione Papæ, & sequitur Sylvest. in ver. Ordo, 3. num. 1. vers. Non potest autem Episcopus, & num. 7. Atque ita Abbates seclusà concessione Papæ ex vi solemnium benedictionis non consequuntur potestatem conferendi primam tonsuram, & minores ordines, quia soli Episcopi ex vi consecrationis Episcopalis possunt ministris Ecclesie ordinare, non autem reliqui inferioris ordinis, ut est distinctum à Tridentina Synodo, sess. 23. de Sacrament. ordinis c. 4. & can. 7. Unde necessariò sequitur, ut totalis potestas quorumcumque Abbatum minores ordines conferendi sit ex sola concessione Apostolicæ Sedis. Neque verò inter decreta, & indulta Apostolica inserta in corpore juris, & non inserta extat illa formalis, & essentialis differentia, cum omnia manent ab eodem fonte Apostolicæ potestatis, & propterea Nicolaus Papa in c. Si Romanorum, 19. distinct. multis rationibus damnat eorum opinionem, qui asserebant decretales epistolæ non obligare, nisi essent insertæ in Codice Canonum. Pro Codice Canonum intelligit veterem illam collectionem, in qua continebantur Canones, & regulæ illæ, quæ recensentur à Leone IV. in c. De libello, 20. distinct. cujus codicis tria exemplaria manuscripta habentur in Bibliotheca Vaticana.

Demum non obstat, quòd Concilium cap. 15. sess. 23. limitaverit potestatem Sacerdotum quoad confessiones Sacramentales, disponendo ut quamvis Presbyteri in ordinatione à peccatis absolventi potestatem accipiant; tamen nullas possint confessiones audire, nec ad id idoneus reputetur, nisi fuerit ab Episcopo examinatus, & approbatus, & quod factæ Congregatio declaraverit confessiones, quas audit Sacerdos ut supra non approbatus esse nullas, atque irritas; nam respondetur id procedere in ablatione sacramentali, quia est actus jurisdictionis, non ordinis; unde à sancta Synodo in c. 5. & 6. & can. 9. de Sacrament. Penit. sess. 14. distinct. esse actus judicialis, & contrarium asserentes subjiciuntur anathemati. Ea verò, quæ ad potestatem jurisdictionis pertinent, jam diximus restringi ad subditos tantum, nam ut habetur in cap. 7. sess.

seff. 14. de cas. referat. Ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; ideoque nullius momenti sit absolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem, & declarat S. Thom. disto. quodlibet 12. art. 30. & in 4. dist. 9. & fuffius Turrecrem. in cap. Ita Dominus, n. 9. vers. Secundo sic, dist. 19.

46 Quocirca ex praedictis patet ex eo, quod iurisdictione Prælati habentis potestatem ordinandi, restricta sit ad certum genus personarum, non recte inferri ut restricta sit ipsa ordinandi potestas; id. que procedere, sive potestas huiusmodi proveniat à jure divino, sive ex concessione Ecclesiæ; & sive concessio sit clausa in corpore juris, sive non; ac demum sive potestas tradatur in continentem cum iurisdictione, sive ex intervallo. Unde etiam sequitur ut Prælati inferior secularis habens facultatem post Concilium conferendi primam tonsuram, & minores ordines, quamvis ejus iurisdictione restricta sit ad certas personas in privilegio expressas, quia tamen prorsus potestate ordinandi non caret, utique characterem impulerit, etiam ordinando alios quam in privilegio designatos.

Et certe si Abbas non benedictus habens simile privilegium ante Concilium ordinando Clericos seculares imprimit characterem juxta decisionem sacre Congregationis, idque non alia ratione, nisi quia potestate ordinandi non caret, cum ejus privilegium non fuerit funditus sublatum à Concilio, sed tantum restrictum ad subditos regulares in d. cap. 10. seff. 23. non apparet cur non idem sit dicendum in Prælati seculari habente eadem privilegium post Concilium: nam & hic non caret omnino ordinandi potestate, cum privilegium postea non fuerit à Concilio revocatum, quamvis in litteris sit restrictum ad certas personas dumtaxat.

Ratio prædictorum est, quia jus illud potestatis in ordinando individuum est, ut colligitur ex D. Thoma in 2. 2. quæst. 39. art. 3. nec potest pro parte conferri, & pro parte non: nam Spiritus sanctus, qui invisibiliter operatur in Sacramento Ecclesiæ, c. Ita sit verbum, & c. Ut evidenter, 1. quæst. 1. Abb. in c. fin. num. 5. de Baptis. non dimensuratur, id est, non datur per partes, c. Nec quemquam, juncta glossa in ver. Non dimensuratur.

47 Jurisdictio vero quamvis & ipsa in substantia sit indivisibilis, Bald. in cap. 1. §. Præterea ductus, num. 3. de prohib. feud. alien. per Frider. tamen, quia est in ordine ad subditos, divisionem patitur ratione administrationis exercitii, ut per Bald. ibidem, & Felin. in cap. Prudentiam, num. 3. & 5. de offic. Deleg. Solius enim Pontificis, ac Cæsaris jurisdictio non restringitur ad limites alicujus territorii. Bart. in l. 1. §. Cum urbem, in princ. ff. De off. Præf. Urb. Cravett. conf. 128. num. 2. & Socio. conf. 237. col. fin. lib. 2. Unde potestas usus a similibus potest, iurisdictione vero ad ubi instructam proximius accedit, cum dicatur esse in fructu. Christoph. Castill. conf. 1. n. 17. in fin. & seq. At usus pars legari non potest, nam frui quidem pro parte possumus, uti parte non possumus, ut ait Jurisconsultus in l. amic. pars, ff. De usu, & habit. legat. facit text. in l. Libertus, ff. De oper. libert. ibi: quia neque solvi, nec debent, nec peti pro parte opera potest, cum similibus

48 49

50 quæ de individuis obligationibus facti habentur in l. 4. §. Cato, & in l. Stipulationes, non dividuntur, ff. De verborum obligat. lex enim promotionis consistit in facto, c. fin. 15. quæst. 1. Archid. in cap. Si evangelica, num. 6. & ibi etiam Præposit. num. 4. §. dist. in. Non obstat si dicatur: Ecclesia potest impertiri facultatem Sacerdoti, ut conferat limitatè unum tantum ex minoribus ordinibus, puta Lecturatum, ut in c. Quoniam, 69. dist. Quo casu si Presbyter conferret Exorcistatum, vel Acolythatum, nihil ageret, & characterem non imprimeret, ut post Hug. & alios notat ibi Turrecrem. num. 3. & 15. Ergo Ecclesia potest limitare potestatem ordinis, & consequenter tribuere alicui Sacerdoti huiusmodi potestatem restrictam ad certas personas dumtaxat, ad eum scilicet ordinem, characterem non recipiant: nam respondetur negando consequentiam; quia potestates ordinum sunt per se distinctæ, ut c. Perlectus, 25. dist. & docet S. Thomas in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 2. quæst. 5. & Turrec. in c. Sollicitudo, num. 3. vers. Ad secundum, 52. dist. Unde dum Ecclesia tribuit alicui presbytero potestatem conferendi certum ordinem, utique potestatem ordinis non limitat, sed iam à Deo limitatam, & distinctam conferat. At secus esset, si characterem unius, & eiusdem ordinis ex ordinatione Ecclesiæ imprimeretur uni, & non alteri; quia cum potestas exerceri possit in omnes, nisi sit repugnantia in subiecto, si Ecclesia impediret impressionem characteris, præsuppositâ potestate in conferendo, utique potestatem ordinis divideret, ac limitaret, quod non est possibile, ut ex dictis constat. Ad hoc Concilium Tridentinum seff. 21. de commun. subar. que spec. cap. 2. ibi, salva illorum substantia. Id quod exemplo etiam naturali evidenter apparet, nam si tradidero tibi sigillum ad hoc ut imprimas certam materiam dumtaxat, vel instrumentum ad eundem certam monetam, puta argenteam, & tu fines mandati transgressus aliam materiam, vel monetam signaveris: certe imaginem, seu characterem in ea relinques impressum, nisi furtim resistantia ex parte materie. Ergo eodem modo qui accepit à Sede Apostolica potestatem ad imprimendum ordinis characterem aliquibus tantum personis, si egrediendo limites commissionis, ordinaverit personas in ea non designatas; utique imprimeret in anima characterem spirituales, nisi oblitet incapacitas ex parte ordinati, ut in muliere, præcisè coactio, & non baptizato, de quibus apud D. Thomam in 4. dist. 24. & dist. 25. quæst. 1. & 2. art. 1. Sylvest. in ver. Ordo, 4. num. 1. & in ver. Baptismus 6. num. 3.

51 Character enim secundum Innocent. Hostien. Jo. Andr. & omnes in cap. fin. de Sacram. non iterum, est quædam figura intellectualis, & indelebilis animæ infixæ, per quam se insignitur à non insignito in die iudicii discernetur. Et patet ex distinctionibus Concilii Florentini in Decreto fidei Eugenii IV. §. Quoniam, ibi, quæ characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctivum imprimunt in anima indelebile, & Concilii Tridentini seff. 6. de Sacram. can. 9. ibi, Characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile. Unde nihil aliud importat nisi quoddam signationem, ut inquit D. Thom. in 3. par. quæst. 4. art. 1. & ut subdit

52

subdit in responso ead secundum, Character, vel signaculum dici potest per quamdam similitudinem omne quod configurat alicui, & art. 4. (Character, inquit) imprimitur animæ rationali secundum imaginem; & art. 2. dicit (characterem proprie esse signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, & ordinatur in aliquid finem, sicut characterem insignitur denarius ad ulum commutationem.) Quo exemplo in simili utitur Bald. conf. 38. Dom. Thomas, in fine lib. 1. dum ait: (forma non est aliud, quam impressio materie, sicut figura Cæsaris impressa ferro.) Et confert illa pæla 88. dist. Efficentis, ibi, Sicut nummus habet charagma Cæsaris, sic homo habet charagma Dei. Sed & gloss. in cap. 2. in ver. Insuperiam, de Apostat. quærens quid sit facere injuriam Sacramento per iterationem; (insignitur, inquit, animæ quædam imago, sive pictura, vel character; unde si alia imago superponeretur, illa prima pictura obliuaretur, & ita videretur obfuscarî primum Sacramentum.) Ac demum in his terminis est text. in d. cap. Quod quidam, 1. quæst. 1. ubi Augustinus ad ostendendum impressionem characteris non impediri ex eo quod Minister sit prohibitus conferre, eodem exemplo utitur dicens: (Siquis furtim non in monetis publicis aurum, vel argentum percutiendo signaverint, nonne illis punitis cognitum regale signum thesauris regalibus cogitur inferri? Et infra: An forte minus hærent Sacramento Christiano, quam corporalis hæc nota;) Hæc ibi. Quamobrem ut casus omnes in hac materia perstringamus, cum quaeritur an Prælati inferior conferendo primam tonsuram, & minores ordines imprimat characterem, & conferat ordinis executionem, necne, duo casus principales sunt distinguendi. Primus est in Abbatibus Regularibus. Secundus est in inferioribus Prælati secularibus.

53 Primo casu, aut Abbas est Presbyter solemniter benedictus, aut non. Si est, aut confert primam tonsuram, & minores ordines suis subditis Regularibus, & non solum imprimi characterem, sed etiam confert ordinis executionem: quia facultas, quam habet à jure communi, in d. cap. Quoniam, 69. dist. & cap. Cum contingat, de etat. & qualit. non est sublata, imò præservata à Concilio Tridentino, quoad subditos regulares in d. cap. 10. seff. 23. Aut illos confert Regularibus sibi non subditis, seu Clericis secularibus; & imprimi quidem characterem ratione potestatis, quam accipit in impositione manuum, secundum gloss. Lap. Archid. & alios initio citatos; sed ordinis executionem non confert ob ademptum sibi à Concilio iurisdictionem quoad non subditos regulares, ut in declarationibus sac. Congregationis superius adductis. Aut Abbas Presbyter non est solemniter benedictus; & tunc aut habet privilegium ordinandi ante Concilium, aut non. Si habet aut ordinat Regulares sibi subditos juxta limites privilegii; & rata est ordinatio etiam quoad executionem ordinum, cum privilegium hoc quoad subditos regulares tam de jure communi, ut in d. cap. Abbates, ubi gloss. fin. de privileg. lib. 6. quam ex Concilio sit præservatum in d. cap. 10. aut ordinat alios, quam regulares sibi subditos; & tunc si Abbas sit talis ut nullos omnino subditos regulares habeat,

54 irrita est ordinatio, quia privilegium ejus in totum fuit sublatum per Concilium. Sin autem aliquos habeat subditos regulares, tunc ordinando alios, imprimi characterem cum non careat funditus ordinandi potestate; sed sic ordinati remanent suspensi ab executione ordinum, cum privilegium quoad illos sublatum fuerit à Concilio, ut initio diximus conciliando decisiones sac. Congregationis ibi relatas. Quod si privilegium sit post Concilium, idem servandum erit quod de Prælati secularibus inferius dicitur. Aut Abbas privilegium ordinandi non habet, & tunc aut Episcopus fuit ter requisitus, ut ei munus benedictionis impenderet; & eo casu character imprimitur, & confertur ordinis executio ad eum modum, quo dictum est supra de Abbate solemniter benedicto, secundum opinionem gloss. hic. Aut Episcopus non fuit requisitus, & tunc Abbas non benedictus, vel alius Prælati regulatis, qui privilegio caret, ordinando nihil agit, cum careat requisitis essentialibus ad ordines conferendos, ut in d. cap. Quoniam, & d. cap. Abbates, non obstant contraaria consuetudine etiam immemorabili, ut alias censuit sacra Congregatio in causa Generalis Sylvestrinorum.

Secundo casu principali, aut inferior Prælati secularis habet privilegium conferendi primam tonsuram, vel minores ordines suis subditis secularibus ante Concilium, aut post. Si ante Concilium, cum privilegium fuerit funditus sublatum, ideoque non solum careat iurisdictione, sed etiam ordinandi potestate characterem nullo modo imprimi juxta declarationem Sacre Congregationis Concilii in causa Præpositi Pescien. Aut habet privilegium post Concilium; & tunc aut ordinat personas designatas in privilegio; & ordinati ab ipso recipiunt characterem, & executionem ordinum, quia Concilium non sustulit privilegia futura, nec est opus ut Concilio Tridentino in litteris privilegii fuerit specialiter derogatum, sed satis est, ut fuerit expressè concessum secularium ejus, quod Concilium disponit, ut lapsus censuit sac. Congregatio. Aut ordinat personas in privilegio non comprehensas, ut in casu præsentis questionis; & valida est ordinatio ratione absoluta potestatis, sed ob defectum iurisdictionis ordinis executio non confertur, ut patet ex prædictis.

55

56

DE TEMPORIBVS ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Cap. De ea.

S V M M A R I V M.

Ordines minores conferri possunt diebus festis. Sacri vero debent conferri in quatuor temporibus, vel in Sabbato sancto, vel Sabbato de Passione, & num. 2. & 17. Abbas Presbyter, & benedictus an possit minores ordi-